This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

http://books.google.com

Digitized by Google

A. lat. a. 2609

HIERONYMI FREYERI

PAED. REG. GLAVCH. INSP.

COLLOQVIA TERENTIANA

CVM

PLAVTO EXCERPTO ET FABVLIS PHAEDRI VTILIORIBVS.

EDITIO II.



HALAE MAGDEBVRGICAE

SVMTIBVS ORPHANOTROPHEI

ANNO CIↃ IↃCC XXVII.

Digitized by Google

<36700016670016
<36700016670016
Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

[BE]NEVOLO LECTORI SALUTEM.

[illegible]

(*) ad Attic. l. VII, ep. 3. (*) [illegible] 1, 4.

Digitized by Google

Benevolo Lectori Salutem.

P. Terentium ita commendatum ſcholis eſſe conſtat, vt in permultis ipſa latinitatis rudimenta ex illis, quas nobis reliquit, comœdiis petantur. Neque id mirum videri cuiquam poteſt, ſi ſermonis in eo proprietatem, perſpicuitatem et, quam nec Cicero (1) diffitetur, elegantiam ſpectauerit. Illud vero maximopere dolendum eſt, non pauca in his fabulis occurrere, quæ caſtis moribus et legentium pietati manifeſto damnoſa ſunt. Hæc ſaluo officio neque explicari a ſcholarum magiſtris poſſe, [illegible] in concreditæ ſibi iuuentutis manibus tolerari: [illegible]m iis dubium eſt, qui ſeriam diuini apoſtoli (2) admonitionem, qua ne exaudiri quidem vllam in christianos αἰσχρότητα aut μωρολογίαν vult, ſerio expendunt. Igitur ne prorſus carere hoc tam commodo ſcriptore noſtros tirones neceſſe ſit: ea rem via ſum adgreſſus, qua non minus ſcientiæ, quam conſcientiæ conſulitur. Nimirum perſonas induxi fere vbique alias, ſed ſermone Terentiano ita inter ſe de rebus variis colloquentes, vt ſcriptoris huius verba ſine vlla immutatione exhibeantur: aut, ſi quid mutandum

---

(1) ad Attic. L. VII, ep. 3. (2) Epheſ. V, 4.

dum fuit vel de meo interiiciendum, hoc ex diuerſo ſtatim typorum genere agnoſci queat. Præter hæc ordine etiam, quem ſecutus ſum, vſus libelli redditur inſignior: ſiquidem ſola inſcriptionis inſpectio prima fronte indicat, vnde ſingula depromta ſint. Ex quo ſimul hoc intelligitur, non modo ipſum Terentium auctorem citari, ſi quis ad hoc opusculum prouocauerit: ſed locum etiam auctoritatis deſignari; quum liber comœdiæ, ſectio actui, ſcenæ autem colloquium vbique reſpondeat. Quod conſilium quantum a Schoneano inſtituto diſcrepet, perfacile ad iudicandum illis erit, qui vtrumque inter ſe laborem conferent. De loquendi formulis ex Plauto excerptis, quas vna cum plerisque Phædri fabulis adieci, non eſt quod multa dicam. Quibus curæ eſt, a primis ſtatim annis ad purioris latinitatis facultatem ſuos inſtituere: ex ipſo vſu, ſpero, intelligent, non incongruum hoc nec inutile Terentianæ venuſtatis complementum eſſe. Tandem neque index ſubiectus ſuo plane fructu deſtituetur. Copioſiorem eum adornaui propterea, vt docentes occaſione ab vno atque altero vocabulo ſumta recurrere ſubinde cum diſcentibus ad penſa ſuperiora poſſint et variam conſtruendi rationem eo facilius repetere: qua exercitatione in ſcholis ad excitandos tironum animos torporemque excutiendum nihil eſt accommodatius. Vale, BENEVOLE LECTOR, et conatibus meis cum ſcolaſticæ iuuentutis commodo faue. Halæ Magdeburgicæ in Pædagogio Regio Glauchenſi a. d. IV. Cal. Octobris

CIↃ IↃCC XIV.

COLLO-

Nota. Quæ p. 25 typis expreſſa minuſculis leguntur, remiſſe et quaſi ſuſurrans ſeruus loquitur: quod etiam p. 31, 41, 46, 62, 90 et multis locis aliis obſeruandum eſt.

Digitized by Google

COLLOQVIORVM TERENTIANORVM LIBERI

SIVE

ANDRIA.

COLLOQVIVM INITIALE ex prologo.

Lælius. Scipio. Terentius. Chriſtianus.

1. *L.* Q*Vid agit Terentius noſter, Scipio? Sc.* Animum ad ſcribendum appulit. *L. Quid ſcribit? Sc. Scribit comœdias: ex quibus binas, vt audio, hoc ipſo*
2. *menſe acturus eſt. L.* Narra *mihi earum* argumentum. *Sc. Argumentum eſt eiuſmodi,vt,* qui vtramuis recte norit, ambas nouerit: non *enim* ita ſunt diſſimili argumento, ſed tamen diſſimili oratione ac ſtilo factæ ſunt. *L. Ergo, vt narres mihi, rogo.*

Sc. Alio tempore ex me audies: nunc *tantum,* 1.
quam rem vitio dent, quæſo, animum ad-
uerte. L. *Quidnam illud ſit, valde aueo ſci-*
re. Sc. Dicunt eum ex *Menandro* tranſtu-
liſſe atque vſum pro ſuis. *L. Num* id vitu-
perant factum? *Sc. Ipſe quidem* id ſibi nego-
tii credidit ſolum dari, vt *omnibus* place- 2.
rent, quas feciſſet fabulas: verum multo
aliter euenire intelligit. *Nam haud pauci*
ſunt, qui vituperant atque in eo diſputant,
non decere fabulas contaminari. *L. Quid-*
ni deceret? Faciunt næ *iſtiusmodi naſutuli,*
intelligendo, vt nihil intelligant: qui 3.
quum hunc accuſant, Næuium, Plautum,
Ennium accuſant, quos hic auctores habet;
eorum æmulari negligentiam potius,
quam iſtorum obſcuram diligentiam, *vt*
credo, exoptat. *T. Audiui ſermonem ve-*
ſtrum: et tu quidem, o Læli, rem acu tetigi- 4.
ſti. Quare vt porro *naſutuli iſti* quieſcant,
moneo: et deſinant maledicere, ne ſua
malefacta noſcant. *Vos autem* fauete, ad-
eſte æquo animo et rem cognoſcite. *L.*
et Sc. Cras pernoſcemus, ecquid ſpei
ſit reliquum. *Ch. At mihi, et quas fe-* 5.
ciſti, et quas facies de integro comœ-
dias, exigendæ prius, quam ſpe-
ctandæ ſunt.

LIBRI

LIBRI I

SECTIO I

eiusque

COLLOQVIVM I

ex act. 1. ſc. 1.

Pater. Fridericus. Sabinus,* famulus *Martius.

1 *P.* ADesdum, *Friderice*: paucis te volo. *Fr. Adſum, mi pater*: *et* exſpecto, quid velis. *P.* Quid agis, *fili*? cur te is perditum? *Fr.* Quid feci? quid commerui aut peccaui, pater? *P.* Rogas? Heus, pu-
2 er: *accede.* *S. Ecce me*: quid eſt, quod me velis, *here*? *P. Parumper opperire me ibi*: *video enim vicinum noſtrum* ad me *venientem.* Prope adeſt: *ego mox redibo.* *Fr.* Hei vereor, ne quid *hic* apportet mali. *S.*
3 Hem, quid eſt? ego nihil mali ſuſpicor. *Fr.* Noſco ingenium *viri*: *et* metuo a *patre.* *S. Num* quid *forte* eſt, quod tibi me*us labor* efficere poſſit? *Fr.* Nihil opus eſt *labore* ad hanc rem: ſed, quas ſemper in
4 te intellexi ſitas, fide et taciturnitate. *S.* Exſpecto, quid velis. *Fr.* Eamus intro: ne quis nos colloquentes obſeruet atque audiat, quid *tecum* conſilii captem. *S.* I præ, ſe-

ſequar. *Fr. Ego poſtquam te cognoui* a par- 1.
uulo, vt nulla humani ingenii manſuetique
animi officia *erga te prætermiſerim*, *ſcis*: fe-
ci, e *famulo* vt eſſes *quaſi frater* mihi, pro-
pterea quod ſeruiebas *fideliter*: liberiusque
vivendi poteſtas *per me ſemper tibi* fuit. *S.*
In memoria habeo. *Fr.* Haud muto *ani-* 2.
mum. *S.* Gaudeo, ſi quid feci tibi aut fa-
cio, quod placeat: et id gratum fuiſſe ad-
uerſum te, habeo gratiam. Sed mihi hoc
moleſtum eſt: nam iſtæc commemoratio
quaſi exprobatio eſt immemoris beneficii.
Quin tu vno verbo dic: quid eſt, quod me 3.
velis? *Fr.* Ita faciam. Hoc primum in hac
re prædico tibi: *nihil tale feci*, *vt* ſatis vehe-
mens cauſſa ad obiurgandum *patri ſit.* *S.*
Cur *times* igitur? *Fr.* Rem omnem a prin-
cipio audies. *Heri primo veſpere* vltro ad
me venit *Martius*, *vicini noſtri filius*: *et*, 4.
quid obſtat, *inquit*, cur non *ante portam*
obambulemus paullulum? Egomet continuo
mecum: Hic *feriis* dictus *fuit* dies, *et ta-*
men vsque adhuc res curaui meas; *interpo-*
nenda eſt aliqua ſtudiis recreatio. *S.* Non
iniuria: nam id arbitror apprime in vita eſſe 5.
vtile, vt ne quid nimis. *Fr. Porro* ſic co-
gitabam: Ex ephebis *iam* exceſſit; *et* tali *eſt*
ingenio prædit*us*, vt iam ipſe habere poſ-
ſit ſuæ vitæ modum. *S.* Recte putas: et
vultu adeo modeſto, vt nihil ſupra. *Fr.*
At-

Digitized by Google

1. *Atque ſic nos duatim* accurr*at et apud vtrum*-
poſtquam *inter nobis intercedat. S. Quid, ſi*
tonibus acceſſit ?*Fr. Quid Ioachimum*, quem
ingenium eſt omus pedibusque ob[illegible] o-
procliue ad lubi*e mitigentur parentes*; ma-
cum *in cauponam* incommodet, quam vt
2. Quid? ſymbolan*S.* Quapropter? *Fr.* Rogas?
*Et in mediam nocte*nimus. Quem quidem e-
Ita, vt fit. *S.* Indigid moror? *propera. S.*
timeo, quorſum euadas funus *iam* proce-
gomet, quum id mihi *non* prodibis? *S. Non*:
gebatur: disce*ſſi cum Mahuic indicandum*
3. *ctauam*; *etiam citius abitur*? *S. Euſebia*,
omnes, *qui* vna aderant, *mi. Fr. O vitæ*
ſiſſent. S. O factum bene *certe nomen hæc*
iam. *Fr. Ergo vides*, nil *non* forma *tan*-
quam attinere. *Vellem te* erat et liberali,
fratri conſultum, *qui præter*num *probitatis*
4. *manc lacrimaſſe* viſus eſt *ancillæ* duriter vi-
*de quum parentem eius intrare do*n quæri-
ſtram vidi: percusſit illico animum *ulis no*-
hoc illud eſt, hinc illæ lacrimæ, hæc in fert.
perturbatio; certe *proditus* eſt; *et* co *vidi*,
rit parens, quæ heri acta ſunt. *S. Nec* mi*hi iam*
5. plac*ent*, *quæ egerunt*: *et rem eſſe eiusmo*-
di intelligo, *vt parenti* vera obiurgandi
cauſſa ſit. *Sed rogo te*, dic ſodes: *num et*
Martii frater vna ad*fuit*? *Fr. Omnino ad*-
fuit: *et*, quod plerique omnes faciunt a-
dolescentuli *ebrii*, *totam fere noctem maxi*-

Digitized by Google

ſequar. *Fr. Ego poſtquam t*
uulo, vt nulla humani ingen *s clamauit. S.* 1.
animi officia *erga te præterm: dum id* ægre fe-
ci, e *famulo* vt eſſes *quaſi fr idem. Sed* qui
pterea quod ſeruiebas *fideli* noſcere: dum
vivendi poteſtas *per me ſe* ibebant? *Sæpius*
In memoria habeo. *Fr. I. Verum* prope
mum. S. Gaudeo, ſi qui more viuendum 2.
cio, quod placeat: et me interea modo
uerſum te, habeo gr *t. Fr. Atque haud*
moleſtum eſt: na *to duriora ab eo audie-*
quaſi exprobatio *eſto vitæ periculo eum re-*
Quin tu vno verb *n* ſapienter vitam inſtituit,
velis? *Fr.* Ita faci iurges, qui vitæ auxilium 3.
re prædico tibi acies, qui damnum dederit
mens cauſſa ad o. *Adhæc* ſic vita hominis eſt:
Cur *times* igitur? ferre ac pati; cum quibus-
cipio audies. F, iis ſeſe dedere, eorum ſtu-
me venit *Mar.* aduerſus nemini, aliis num-
quid obſta ponens ſe. Ita facillime *apud* 4.
obambulatores laudem inuen*it* et amicos pa-
mecum S. Ita eſt: namque hoc tempore ob-
men v*sum* amicos, veritas odium parit. Tu-
nenda autem eſt officium, vt ſapient*ius* vitam
iniu titu*as*: *credasque, eam demum eſſe veram*
v *laudem, quam ſine crimine apud deum et* 5.
bonos inuenimus; et eos veros atque vtiles
amicos, qui virtutis ſtudio ſeſe dedunt. Fr.
Recte *quidem* putas: ſed quid verbis *iam*
opus eſt? *factum enim infectum fieri nequit.*
Adi igitur Fridericum noſtrum et obſecra eum
meo

Digitized by Google

1. *meo nomine, vt ſtatim* accurr*at et apud vtrumque parentem pro nobis intercedat. S. Quid, ſi Ioachimum adeam? Fr. Quid Ioachimum*, quem ego credo manibus pedibusque obnixe omnia facturum, *ve mitigentur parentes*; magis id adeo, mihi vt incommodet, quam vt
2. *deteſtetur factum? S.* Quapropter? *Fr.* Rogas? Mala mens, malus animus. Quem quidem ego ſi ſenſero. Sed quid moror? *propera. S. Exſpecta paulliſper*: *nam* funus *iam* procedit. *Fr. Num* in funus pro*dibis? S. Non*: *ſed Ludouicus* ſeq*uetur*; *huic indicandum*
3. *eſt. Fr. Quis mortuus eſt? S. Euſebia, Marcellini iunioris germana. Fr. O vitæ humanæ inconſtantiam! S. Certe nomen hæc et omen ſimul habuit. Nam non* forma *tantum* præter ceteras honeſta erat et liberali, ſed ſpectatum *quoque* et magnum *probitatis*
4. exemplum. Pudice, parce ac duriter vitam agebat, lana ac tela victum quæritans. *Vnde etiam eſt, quod conſulis noſtri vxor* tam familiariter *eius* mortem fert. *Fr. Quis* cur*at* funus? *S. Tobias, vt vidi,* curabat *heri*: *ſed* cum illo *Andreas etiam*
5. vna frequens ibi aderat. *Fr. Credo*: *cognatus eſt. An* triſtis *erat? S.* Collacrimabat *etiam* nonnunquam: *et, quum forte adſtarem*, flens quam familiariter ſe in *me reiiciebat. Sed quid ceſſo? Ludouicus admonendus eſt. Fr. Ergo alium nobis deprecato-*

rem quæram. Reſtat *Petrus*, qui mihi exorandus eſt. 1.

COLLOQVIVM II.

ex act. 1. ſc. 2.

Dauus et *Marcus*, ſerui. *Herus.* 2.

D. VBi *eſt herus? M. St! iam* exit foras. *D.* Mirabar, hoc ſi ſic abiret. *M. Et ipſe* verebar, quorſum tanta lenitas euaderet. *D.* Non dubium eſt, quin vel*it* nos ſic necopinantes duci falſo gaudio; ſperan- 3.
tes iam amoto metu, interea oſcitantes opprimi. *M. Sed quid dixit? D.* Numquam cuiquam verbum fecit, neque id ægre tulit. *H.* At nunc faciet: neque, vt opinor, ſine tuo magno malo. *D.* Bona verba, quæſo. *H. Sceleſtus* quæ loquitur? *D.* Herus eſt, 4.
neque præuideram. *H.* Daue. *D.* Hem, quid eſt? *H.* Ehodum ad me. *D.* Quid hic vult? *H.* Quid ais? *D.* Qua de re? *H.* Rogas? Meum gnatum rumor eſt *commeſſationes quærere. D.* Id populus curat ſcilicet. *H.* Nihil me fallis, *Daue: tempus* 5.
hoc noſtrum et ætas filii aliam vitam adfert, alios mores poſtulat. *D.* Quod antehac fecit, nihil ad me attinet. *H. Tua autem culpa dicunt fieri, quo minus* in viam redeat. *D.* Hoc quid ſit? *H. Omnium fere iuuenum* in-

1. *ingenium ad lubidinem procliue eſt.* D. Ita aiunt. *H.* Tum ſi quis improbum ad eam rem magiſtrum cepit, ipſum animum ad deteriorem plerumque partem applicat. *D.* Non intelligo. *H.* Non? hem. *D.* Non: Dauus ſum, non Oedipus. *H.* Nempe er-
2. go aperte vis me, quæ reſtant, loqui? *D.* Sane quidem. *H.* Si ſenſero, quidquam te fallaciæ conari; aut velle in ea re oſtendi, quam ſis callidus: verberibus cæſum te in piſtrinum dedam vsque ad necem; ea lege atque omine, vt, ſi te inde exe-
3. merim, ego pro te molam. Quid? hoc intellexiſtine? an nondum etiam ne hoc quidem? *D.* Immo callide: ita aperte ipſam rem modo locutus, nihil circuitione vſus es. *H. Maneto hic: nam duas tibi horas dabo*, vt ſpatium cogitandi ſit.
4. Sed dico tibi (ne temere *mentiaris*, neque tu hoc dicas tibi non prædictum), caue: vbiuis *enim* facilius paſſus ſim, quam in hac re me deludi.

COLLOQVIVM III

5. *ex act. 1. ſc. 3.*

Dauus. Marcus.

D. ENim vero, *Marce*, nihil loci *iam* ſegnitiæ neque ſocordiæ eſt: quantum

ſenis de *filio* ſententiam *modo* intellexi. 1.
Quæ ſi non aſtu prouidentur, *ſine* dubio me
peſſumdabunt. Nec, quid agam, certum
eſt: *filium*ne adiutem, an auſcultem ſeni.
Si illum relinquo, eius *dorſo* timeo: ſin o-
pitulor, huius minas; cui verba dare diffi-
cile eſt. *Quid, ſi fingamus* quamdam inter 2.
nos fallaciam? *M. Impium hoc eſt et valde
periculoſum. Nam* ſi ſenſerit, perii *et ego*:
quia non modo te, ſed me *quoque* præcipitem
in piſtrinum dabit. *Sed peregre dicunt ho-
die abiturum herum et nauem conſcenſurum.*
D. Fabulæ: mihi quidem non ſit veriſimile. 3.
M. At dixerunt tamen famuli. D. Ipſis *for-
te* commentum placet. *Herum autem haud
dubie deterrebit vicini mercatoris infortuni-
um, qui* nauem *hac ipſa hebdomade* apud *Ru-
giam* inſulam fregit. *M. Ecce, nauta* ab
eo egreditur. *D.* At ego me hinc ad forum, 4.
vt conueniam *filium*: ne de hac re pater im-
prudentem opprimat.

COLLOQVIVM IV

ex act. 1. ſc. 4. 5.

Ioannes. Chriſtophorus.

I. QVidnam *ita* exanimatum *te* video,
Chriſtophore? Vereor, quid ſit. *Ch.
Ah, dici non poteſt, quantum* hæc turba tri-
ſti-

Digitized by Google

1. ſtitiæ adferat *mibi. Atramentum effuderam: et dum quæri* iubeo, *quæ pauimentum repurget; hanc* adducunt *mibi.* Importunitatem aniculæ ſpectate. *I.* Temulenta illa eſt et temeraria mulier: nec ſatis digna, cui committas *tale negotium. Quis* eam
2. adduxit? *Ch. Barbara. I.* Quia compotrix eius eſt. *Abi, femina: ipſi pauimentum repurgabimus ante, quam mater adueniat.*

COLLOQVIVM V.

3. *ex act. 1. ſc. 5.*

Ioſephus. Bernhardus. Andreas.

I. HOccine eſt humanum factum aut inceptum? hoccine officium *amici?*
4. *B.* Quid illud eſt? *I.* Quid eſt, ſi non hæc contumelia eſt? *Vendidiſti Cornelium Nepotem, quem nuper denario tibi oppigneraui. A.* Hoc ſi ſit, pereo funditus. *I.* Nonne oportuit præſciſſe me ante? nonne prius communicatum oportuit? *B.* Miſe-
5. *rum* me, quod verbum audio? Qui me *tanta facilitate* usque adhuc paſſus eſt, quæcumque animo meo libitum eſt, *petere*: eine ego vt aduerſer? *I. Inſuper* ſcript*um erat nomen meum* in *libro vendito. Quæ etiam cauſſa eſt, cur in parentis manus hodie in-*

ci-

ciderit, *qui iam* ex *calculi* dolore, *vti ſcis*, 1.
laborat. Ah, *ah*; tantamne rem tam ne-
gligenter agere? adeone hominem infeli-
cem quemquam eſſe, vt ego ſum? egone
iſtuc conari queam? ego propter *tantillum*
pecuniæ ſic adfligi ſinam, qui mihi animum
ſuum atque omnem vitam *ſemper* credidit? 2.
Non mirum eſt, *ſi* mors continuo *parentem*
occup*et*. *B*. Oratio hæc metu fere exanim*at*
me miſer*um*, *Ioſephe*. Te ſemper fec*i* maxi-
mi: te in germani fratris loco dilexi. Adeo-
ne ergo me ingratum putas, aut inhuma-
num, aut ferum: vt neque me commoveat 3.
amor; neque pudor commoneat, vt ſeruem
fidem? Quod ego te per hanc dextram oro
et ingenium tuum, per tuam fidem et *com-*
munem amicitiam te obteſtor: ne *ſuccen-*
ſeas mihi; *neque credas*, *me aliquid feciſſe in*
hac re aut commiſiſſe, *quod amico indignum* 4.
ſit. Sed nunc peropus eſt, aut *me* cum *fra-*
tribus tuis aut te aliquid de illis aduerſum
matrem loqui. *Nam ſine dubio* id eſt, quod
ſuſpicor: aliquid monſtri alunt. *Heri*, *vt*
audio, *fuerunt domi noſtræ*: nec clam te eſt,
quam obſtinate *is*, *qui maior natu eſt*, ope- 5.
ram det, vt me a *te* abſtrahat. *Quid*, *ſi illi*
ablatum e ſcrinio meo librum vendidiſſent:
non coa*cti* egeſtate, *ſed vt amicitiam noſtram*
eo facilius diſturbare poſſint? *I*. *Non credo*,
tam vafrum aut malitioſum eſſe Fridericum.

B.

1. *B.* Haud vereor, ſi in *illo* ſolo ſit ſitum: ſed *minas Iacobi* vt que*at* ferre? *I. At ego interea* quid primum exſequar? tot me impediunt curæ, quæ animum meum diuerſe trahunt. *B. Ita ſolet fieri*: nam dum animus in dubio eſt, paullo momento huc illuc im-
2. pellitur. *Verum dic mihi: num pater iam* lo*cutus te*cum *eſt*? *I. Omnino locutus eſt. B. Quid reſpondiſti?* *I.* Cenſesne, vllum me verbum potuiſſe proloqui: aut vllam cauſſam, ineptam ſaltem, falſam, iniquam? Obmutui. *B. Præſtat tacere aliquamdiu,*
3. *quam mentiri. Ego autem adibo patrem et errorem tuo nomine aperte atque ingenue confitebor. Sic enim ſpero fore, vt facilius ignoſcat filio, qui ipſi* tam morigerus vsque adhuc in rebus omnibus fuit. *Sed totam*
4. *rem* tibi committo et tuæ mando fidei *ac prudentiæ.* Verbum *autem* vnum caue de *fratribus*: ne ad morbum hoc etiam.

SECTIO II

eiusque

5. ## *COLLOQVIVM I*

ex act. 2. ſc. 1.

Ioſephus. Chriſtophorus. Fridericus.

I. QVid ais, *Chriſtophore*? *pater*ne *mortem obiit*? *Ch.* Sic eſt. *I.* Qui ſcis, *Chri-*

Digitized by Google

Chriſtophore? *Ch.* Apud forum modo de 1.
ſorore audiui. *I.* Væ miſero mihi! Vt animus in ſpe atque in timore vſque ante hac attentus fuit: ita, poſtquam adempta ſpes eſt, laſſus *et* cura confectus ſtupet. *Ch.* Quæſo, *Ioſephe*, quoniam id fieri, quod vis,
non poteſt: velis id, quod poſſit. *I.* Ni- 2.
hil aliud, niſi *viuum patrem*, volo. *Ch.* Ah, quanto ſatius eſt, te id dare operam, qui iſtum dolorem ex animo amoueas: quam id loqui, quo magis *animus tuus* fruſtra *perturbetur*! *I.* Facile omnes, quum valemus,
recta conſilia ægrotis damus. Tu ſi hic ſis, 3.
aliter ſentias. Sed *fratrem accurrentem* video. Salue. *Fr.* O ſalue, *Ioſephe*: ad te advenio, ſpem, ſalutem, auxilium, conſilium expetens. *I.* Neque conſilii locum habeo, neque auxilii copiam. Sed iſtuc quid-
nam eſt? *Fr.* Hei mihi! vereor dicere. *I.* 4.
Dic, quæſo, *Friderice*. *Fr.* Ego dicam. *I.* Quid eſt? *Fr. Vix credunt fore, vt ex morbo conualeſcat pater.* *I. Ergo vivit?* *Fr.* Viuit quidem: *ſed* hodie, *vereor*, poſtremum *te* vide*bit*. *I.* Sat habeo, *frater*: reddi-
diſti animum. *Ad deum nunc confugiam*: 5.
hunc orabo, huic ſupplicabo. Credo, impetrabo, vt aliquot ſaltem *annos vitæ eius addat*. Te *autem*, *Chriſtophore*, per amicitiam; et te, *Friderice*, per *fraternum* amorem obſecro, vt *ſtatim adducatis medi-*

cum:

Digitized by Google

1. *cum*: *nam* omnia experiri certum eſt, *dum viuit*. *Ch. et Fr.* Age, age, vt lubet: nos dabimus operam.

COLLOQVIVM II

2. *ex act. 2. ſc. 2.*

Marcus. Philippus. Theophilus.

M. O *me felicem*! Boni quid porto? Sed vbi inueniam *Theophilum*; vt adimam, in quo nunc eſt, metum atque a-
3. nimum gaudio expleam: quem ego nunc credo, ſi iam audierit *Benedicto* paratas nuptias, toto me oppido exanimatum quærere? Sed vbi quæram: aut quo nunc primum intendam? *Ph.* Ceſſas adloqui, *Theophile*? Lætus eſt, neſcio quid. *Th.* Nihil eſt,
4. *Philippe*: nondum hæc reſciuit mala; *nondum inaudiuit de furto veſtium noſtrarum hac nocte facto*. *M.* Abeo. *Th. Marce*, ades, reſiſte. *M.* Quis homo eſt, qui me? O *Theophile*, te ipſum quæro: euge, o *Philippe*. Ambo opportune: vos volo. *Th.*
5. *Marce, triſtis ſum*. *M.* Quid timeas, ſcio. *Th.* Mea quidem certe *ſpes* in dubio eſt. *M.* Nihil periculi eſt: me vide. *Th.* Obſecro te: quamprimum libera me hoc metu. *M.* Hem libero. *Hodie non* parantur nuptiæ. *Th.* Qui ſcis? *M.* Scio. *Lucius noſter* modo

do prehendit me: ait, *Benedicto tamen* vxorem da*tum iri* hodie; item alia multa, 1.
quæ nunc non eſt narrandi locus. Continuo ad te properans percurro ad forum, vt dicam tibi hæc. Vbi te non inuenio, ibi adſcendo in excelſum quendam locum. Circumſpicio: nusquam. Forte ibi *Phil-* 2.
ippi puerum video. Rogo: negat vidiſſe. Mihi moleſtum: quid agam, cogito. Redeunti interea ex ipſa re mihi ſuſpicio incidit. Hem paullulum obſonii, *frater* triſtis, de improuiſo nuptiæ: non cohærent. *Th.* Quorſumnam iſtuc? *M. Nondum* rem 3.
tenes? Ego me continuo ad *ſponſi ædes.* Quum illuc aduenio, ſolitudo ante oſtium. Iam id gaudeo. *Th.* Recte dicis: perge. *M.* Maneo: interea introire neminem video, exire neminem, matronam nullam, in ædibus nihil ornat*us*, nihil tumult*us*. Ac- 4.
ceſſi: introſpexi. *Th.* Scio: magnum ſignum. *M.* Num hæc nuptiis videntur conuenire? *Th* Non opinor, *Marce.* *M.* Opinor, narras? Non recte accipis: certa res eſt. Inde abiens etiam puerum *Benedicti ſenioris* conueni, olera et piſciculos 5.
minutos obolo in cœnam ſeni fer*entem.* *Th.* Liberatus *metu* ſum hodie tua opera, *Marce.* *Ph.* At *ego* nullus quidem. *M.* Quid ita? *Ph. Veſtes mihi hac nocte ablatæ ſunt,* *M.* Ridiculum caput: quaſi neceſſe ſit, ſi

has

1. *has non habes*, te prorſus *nudum ad nuptias acce dere. Adi patrem*, ora *matrem*: *et, quod non habes*, da*bunt*. *Ph*. Bene mones, ibo: etſi me iam ſæpe ſpes hæc fruſtrata eſt. Vale.

COLLOQVIVM III

2. *ex act. 2. ſc. 3.*

Theophilus. Philippus.

T. PAter adeſt, *Philippe*: caue, te triſtem eſſe ſentiat. *P*. Quid? vis *diſſimulem iacturam veſtium*? Numquam faciam.

3. *T*. Ne nega. *P*, Noli ſuadere. *T*. Ex ea re quid fiat, vide. *P*. Vt iure *nobis* iraſci queat. *T*. Non ita eſt. *P*. Cur non? *T*. Ego dicam tibi. *Mater haud vult eum reſcire, quæ geſta ſunt*, prius; quam eius animum, vt ſeſe habeat ad *eiusmodi iacturam*,

4. *ipſa* perſpexerit: *atque*, vt hanc fidem ſibi darem, me obſecrauit. *P*. Vide, quo me inducas. *T*. Niſi parueris: omnia, quæ nunc certa ei ſunt conſilia, reddes, vt incerta ſint; *et* tum illæ turbæ fient, culpam*que* ipſa in te ſolum transferet. *P*. Cedo

5. igitur: quid faciam, *Theophile*? *T*. Aequo animo te ferre *iacturam hanc iubet*. *P*. Quid, ſi id ſuccenſeat *pater*? *T*. *Neque ſuccenſebit*, *nec* tecum iurgabit. Quare fac, ne mater ſententiam mutet. *Quod ſi facies*: *ſimul ſeruum noſtrum* negligentem fe-

ceris, *quem furtum id feciſſe ſuſpicio eſt.* In- 1.
terea aliquid boni acciderit. *P.* Itane cre-
dis? *T.* Haud dubium id quidem eſt. *Sed*
pater venit: *abibo.*

COLLOQVIVM IV

ex act. 2. ſc. 4. 2.

Nicolaus. Ioannes.

N. Q*Vid boni portas, Ioannes? I.* Reuiſo,
quid ag*as* aut quid conſilii capt*es.*
N. Vbi eſt pater? I. Venit meditatus alicun-
de ex ſolo loco: orationem ſe inueniſſe ſpe- 3.
rat, qua *verum expiſcetur.* Proinde tu fac,
apud te vt ſis. *N.* Modo vt poſſim, *Ioan-
nes. I.* Crede hoc mihi, inquam, *Nico-
lae*: numquam hodie vnum verbum eſſe te-
cum commutaturum patrem, ſi te dices
ignorare. N. Haud bonum eſt conſilium tu- 4.
um: ego, quod res eſt, dicam.

COLLOQVIVM V

ex act. 2. ſc. 5.

Iuſtus. Fridericus. 5.

I. Q*Vid hic loci agis, Friderice? Fr.* He-
rus me relictis rebus omnibus iuſſit
Chryſologum hodie obſeruare: vt, quid age-
ret de *itinere*, ſcirem. Id propterea nunc
hunc venientem ſequor. *I. Etiam Henri-*

cum

1. *cum* adeſſe video. *Fr.* Hem, videt nos: quaſi de improuiſo reſpice ad eum. *Sed abeunt*: *ſequemur*, ne *forte* in mora ſi*mus*, quum opus ſit. *I. Bene mones*: neque iſtic neque alibi vsquam tibi in me mora erit. *At* herus, quantum audio, ſpe ſua excidit.
2. *Fr.* Hem, *quid ais*? *I.* Verus ſum. *Lucius enim, quod huic debebat munus quærere, ſibi impetravit. Fr. O fallaciam*! Nullane in re homini cuiquam fidem eſſe? Verum illud verbum eſt, quod vulgo dici ſolet: omnes ſibi malle melius eſſe, quam alteri. *I.*
3. *Ita* eſt, *Friderice*: *ſed redde mihi pecuniam iſtam, qnam ſuperiore anno iam a me mutuo accepiſti. Fr. Cras reddam. I.* Facis, vt decet: quum iſtoc, quod *iure* poſtulo, impetro cum gratia.

4.

COLLOQVIVM VI

ex act. 2. *ſc.* 6.

Arnoldus. Tullius.

A. QVid *Marcus* narrat? *T.* Aliquam ſibi fallaciam portare me credit et ea me
5. gratia reſtitiſſe hic. *A.* Quidnam eſt? *T.* Puerile eſt. *A.* Quid eſt? *T.* Nihil. *A.* Quin dic, quid eſt? *T.* Ad cœnam vocare *quosdam* æqualium *ſuorum conſtituit*: neque tamen eam rem recta ſecum via reputauit. *A.* Quid ni? *T. Conſenſit præceptoris*

 opus

opus eſt, *cui tamen ne verbum quidem hac de* 1.
re fecit. *A.* Non laudo. *Sed* ſubtriſtis mi-
hi aliquantulum viſus eſt. *T.* Bidui eſt aut
tridui hæc ſollicitudo: deinde deſinet. *A.*
Forſan moleſt*a* illi *hac noſtra præſentia eſt.*
T. Credo equidem: *nam* præter ſpem eue-
nit, ſentio. *Præterea me* verum dicere *ve-* 2.
nienti præceptor velle intelligit: hoc male
habet virum. *A.* Tace: *iam adeſt præce-*
ptor. Ego abeo. T. Sed fac, vt memor ſis eorum,
quæ nuper dixi. *A.* Ego, vt recte iſtæc fiant,
videro. *Martinus autem ſatis* cauit *iam*,
ne vmquam ſibi ea res infamiæ eſſet. 3.

SECTIO III

eiusque

COLLOQVIVM I

ex act. 3. *ſc.* 1. 4.

Samuel. Eraſmus. Nicolaus.

S. QVod remedium nunc huic malo in-
ueniam, *Eraſme*? *E.* Quid hoc? *S.*
Vtinam aut hic ſurdus, aut hæc muta facta
ſit. *E.* Ego, quid narres, neſcio. *S.* Ah, 5.
ſoror, *quid heri geſtum ſit*, iam *narrauit fra-*
tri; *neſcia*, ante oſtium ſtare *puerum tuum*:
donec vix tandem ſenſi ſtolidus. *E.* Quid
ego audio? Actum eſt, ſi quidem *hic* vera
prædicat. *N.* *Eſtote bono animo*: *iam per-*
ſuaſi

1. *ſuaſi puero.* *S.* Quid dicit? *N.* Firmauit fidem, *quam vobis dederat.* *E. Ah*, ridiculum: fidelem tibi hoc tempore haud ferme *puerum* inuenias. *S.* Non fingam periculum, vbi nullum eſt: in portu nauigo.

2. ## *COLLOQVIVM II*

ex act. 3. ſc. 2.

Gerhardus. *Michael*, medicus. *Petrus*, puer.

3. *G.* VT *valet pater?* *M.* Adhuc, quæ adſolent, quæque oportet ad ſalutem ſigna eſſe, omnia *ei* eſſe video. Nunc primum fac, vt *dormiat*: poſt deinde, quod iuſſi, ei date bibere; et, quantum imperaui, date. Mox ego huc reuertor. *G.* Per-
4. ge *modo* facere ita, vt facis: et id ſpero adiutur*um* de*um*, *quem* quæſo, vt ſit ſuperſtes. *Vbi autem puer eſt?* *P. Ecce me, hic adſum.* *G. Quis canes intromiſit?* *P. Neſcio.* *G.* Hoc *vero* quis non credat abs te eſſe ortum, qui te norit? Edixine tibi? Interminatus ſum,
5. ne faceres. Num veritus? quid retulit? *P. Bona verba, quæſo: ingreſſi ſunt et poterunt etiam* egredi. *G.* Irrideor. *P.* Qui iſtæc tibi incidit ſuſpicio? *G.* Qui? quia te no*ui*. *P.* Non ſatis me pernoſti, qualis ſim. *G.* Egone te? *P.* Sed ſi quid narrare occepi, conti-

nuo dari tibi verba cenſes. *G.* Falſo. *P.* 1.
Itaque nihil iam mutire audeo. *G.* Hoc v-
num ego ſcio, *intromiſiſſe, niſi te*, neminem.
P. Teneo, quid err*es*: quid ego agam,
habeo. *G.* O *puer*, itane contemnor abs
te? aut itane tandem idoneus videor, quem
tam aperte dolis fallere incipiat? *P.* Certe 2.
nunc hic ſe ipſe fallit, haud ego. *G. Caue,*
caue. *P.* Prorſus amotam a me eſſe hanc
ego opinionem tuam volo: iniuriam *enim*
mihi fac*is*. *G.* Multa concurrunt ſimul,
qui hanc nunc coniecturam facio. *P. Ne-*
que a me, neque conſilio meo id factum ſcito. 3.
G. Haud ſcio, an vera ſint omnia, quæ di-
c*is*. *Vbi autem ſunt fratres paruuli? P.*
Exierunt. *G. Cur non retraxiſti eos? P.*
Non mihi id negotii da*tum eſt*. *G.* Quid
ais? quum intellexeras, id conſilii capere:
cur *mihi* non extemplo dixiſti? *P. Neſcie-* 4.
bam, vbi eſſes. *G.* Abi intro: ibi me oppe-
rire; et, quod parato opus eſt, para.

COLLOQVIVM III

ex act. 3. ſc. 3.

Franciſcus. Ludouicus. 5.

Fr. S*aluere Ludouicum* iubeo. *L.* Oh, te
ipſum quærebam, *Franciſce.* *Fr.*
Et ego te. *L.* Optato aduenis. Aliquot
me adiere, qui auditum ex te aiebant, fili-
am

1. am meam tuo gnato nubere. Id viſo, tune
an illi inſaniant. *Fr.* Auſculta pauca: et,
quid ego te velim; et, quod tu quæris, ſcies.
L. Auſculto: loquere, quid velis. *Fr.* Per
amicitiam noſtram te oro, *Ludouice*; quæ
incepta a paruis cum ætate ſimul accreuit:
2. perq; vnicam gnatam tuam et gnatum me-
um, cujus iam ſeruandi poteſtas tibi datur,
vt me adiuues in hac re. *L.* Ah, ne me ob-
ſecra: quaſi te orando hoc impetrare a me
oporteat. Alium nunc me cenſes eſſe at-
que olim, quum *vltro offerebam*? Si in rem
3. vtrique eſt, vt fiant *nuptiæ*: arceſſi iube.
Sed ſi plus mali vtrique ex ea re, quam com-
modi eſt: id te oro, vt in commune conſu-
las; quaſi illa tua ſit, *filiique tui* ego ſim pa-
ter. *Fr.* Immo ita volo. Itaque poſtulo,
vt fiat, *Ludouice*: neque poſtulem abs te,
4. niſi res ipſa moneat. *L.* Quid eſt? *Fr.* Iræ
iam ſunt inter gnatum et *vicini mei filium,*
cuius conuerſatione ad otia vsque adhuc et
luxuriam perductus eſt. *L.* Audio. *Fr.*
Ita magnæ, vt ſperem auelli poſſe. *L.* Fa-
bulæ. *Fr.* Profecto ſic eſt. *Hinc* ſpero,
5. coniugio liberali et *negotiis* deuinctum fa-
cile dehinc ex malis illis emerſurum. *L.* Ti-
bi hoc ita videtur: at ego vereor, *ne quan-*
do antiquos mores repetat. *Fr.* Qui ſcis er-
go iſtuc, niſi periculum feceris? *L.* At pe-
riculum iſtuc in filia fieri graue eſt. Qui *au-*

tem tu ſçis, eos nunc diſcordare inter ſe? 1.
Fr. Ipſe mihi *Ioannes veſter* dixit, qui conſiliis eorum intimus eſt. *L.* Merito te maximum ſemper feci, *Franciſce. Hinc deliberabo*: et, ſi ita eſſe vtile animum induxer*o*, nolo vllum tibi in me commodum claudi. *Iam porta vrbis claudetur.* Quam *ob rem* 2.
eamus, dum tempus datur. *Fr. Exſpecta paulliſper.* Incommoditas omnis huc redit: ſi *excludamur* hic, *ex altera parte intrabimus.*

COLLOQVIVM IV 3.
ex act. 3. ſc. 4.

Adamus. Valerius. Seruilius, ſeruus.

A. V*Bi eſt Seruilius noſter? V.* Mirum, ni domi eſt. *A.* Cur non arceſſitur? iam adueſperaſcit. *V.* Audisne tu illum? 4.
A. Opportune mihi *iam* obuiam fit. *S. Vix credo, Adame: non enim habeo pecuniam, vt putas. A.* Quid? non? *S.* Sed ea gratia ſimulaui, vt pertentarem vos. *A.* Quid ais? *S.* Sic res eſt. *A.* Numquam ego iſtuc quiui intelligere. Vah, conſilium 5.
callidum! *V. Ah*, ego dudum nonnihil veritus abs te ſum, ne faceres idem, quod vulgus ſeruorum ſolet, vt dolis me deluderes. *Inpoſterum* tibi fidem non hab*ebimus.*
A. Hem aſtutia! Vtinam mihi aliquid hic

eſſet,

1. eſſet, quo nunc *te* darem præcipitem. *V.* Quieſ*ce*, *Adame*: modo domum ibo *et parenti* renunti*abo omnia.* *A.* Ito: per *me* nulla mora eſt. *S. Mane*, *Valeri*: *precor.* *V.* Nihil *nunc* loci preci*bus* relictum eſt.

2. ## *COLLOQVIVM V.*

ex act. 3. ſc. 5.

Herus. *Sextus*, ſeruus.

H. VBi illic ſcelus eſt, qui me perdidit?

3. S. Hei mihi, perii: *perturbaui omnia, non clauſi ianuam, omnis hac nocte pecunia ablata eſt.* *H.* Atque hoc iure obtigiſſe confiteor: quandoquidem tam iners ſum, tam nulli*us* conſilii. Seruone futili meas me fortunas commiſiſſe? Ego pretium ob ſtultitiam fero: ſed numquam id a me inultum auferet. *S.*

4. Poſthac me ſat incolumem fore ſcio, nunc ſi hoc malum euito. *H.* Nam quid nunc dicam *ego creditori?* negabone, velle me: qui modo *ſoluere* ſum pollicitus? qua fiducia *id* facere audeam? Nec, quid *de* me nunc faciam, ſcio, *S.* Nec de me equidem: *quamquam* id ago

5. ſedulo. Dicam iam inuenturum aliquid, vt aliquam huic malo moram producam. *H.* Oh! *S.* Viſus ſum. *H.* Ehodum, bone vir: quid ais? videſne, miſerum me *incuria dicam an nequitia tua* impeditum eſſe? *S.* At iam expediam. *H.* Expedies? *S.* Certo, *here.* *H.* Nempe, vt nuper. *S.* Immo melius, ſpero. *H.* Oh,

tibi ego vt credam, furcifer? tu rem impe- 1.
ditam et perditam reſtituas? Hem, quo fre-
tus ſum, qui me hodie ex tranquilliſſima re
in *tantas turbas* conieciſti! Annon *ſæpius*
dixi, hoc eſſe futurum *aliquando? S.* Dixi-
ſti. *H.* Quid meritus *es? S. Carcerem.* Sed
ſine, vt ad me redeam paullulum: iam ali- 2.
quid diſpiciam? *H. Videbo, quid facturus
ſis.* Non habeo *iam* ſpatium, vt ſupplici-
um de te, vti volo, ſumam: hoc *enim* tem-
pus mihi præcauere me, haud te vlciſci ſi-
nit.

SECTIO IV 3.

eiusque

COLLOQVIVM I

ex act. 4. ſc. 1.

Antonius. Chryſologus. Damus. 4.

A. Eſtne credibile hoc aut memorabile,
C. vt tanta ſit cuiquam vecordia innata,
vt malis gaudeat alienis atque ex alterius in-
commodis ſua commoda comparet? Ah, id-
ne verum eſt? Immo peſſimum eſt *hoc* genus
hominum, quibus in denegando paullulum 5.
modo pudor eſt: poſt, vbi iam tempus
eſt perfici promiſſa; tum coacti neceſ-
ſario ſe aperiunt, et timent, et ta-
men res cogit eos denegare. Ibi tum
impudentiſſima eorum oratio *hæc* eſt:
Quis tu es? quis mihi es? cur meam tibi?

Digitized by Google

1. heus proximus ſum egomet mihi. Attamen ſi roges, vbi fides: nihil pudet. Hic, vti opus eſt, non verentur: illic, vbi nihil opus eſt, ibi verentur. Sed quid agam? adeamne ad *Chryſologum* et cum eo hanc iniuriam expoſtulem? Mala multa ingeram. At-
2. que dicat aliquis: nihil promoueris. Multum: moleſtus certe ei fuero, atque animo morem geſſero. *Ch. Auſoni*, et me et te imprudens, niſi quid de*us* reſpi*cit*, perdidi. *A.* Itane imprudens? Tandem inuenta cauſſa eſt: ſoluiſti fidem. *Ch.* Qui tan-
3. dem? *A.* Etiam nunc ducere me iſtis dictis poſtulas? *Ch.* Quid iſtuc eſt? *A.* Poſtquam me *emturum bibliothecam Grotianam* dixi, *et indigere propterea ſubſidio pecuniario*: promiſiſti. Heu me miſerum, quum tuum animum ex animo meo ſpectaui! *Ch.* Fac me
4. miſſum: falſus es. *A.* Non ſatis ſolidum eſſe hoc tibi gaudium viſum eſt, niſi lactaſſes me *egentem* et falſa ſpe produceres? *Ch.* Parum ſuccedit, quod ago: at facio ſedulo. *A. Tace: non fidem inuenis. Ch.* Ah neſcis, quantis in malis miſer *ego* verſer:
5. quantasque mihi ſollicitudines *incuria ſua* confecerit hic meus carnifex. *A.* Quid iſtuc tam mirum, ſi de te exemplum capit? *Ch.* Haud iſtud dicas? ſi vel me cognoueris; vel *anguſtias meas*, in *quas me* coniectum *huius hominis negligentia ſentio* *A.* Quis ho-

mo

Digitized by Google

mo iſtuc? *Ch.* Dauus. *A.* Dauus? *Ch.* 1.
Dauus omnia. *A.* Factum hoc eſt, Daue?
D. Factum eſt. *A.* Hem, quid ais, ſcelus?
Ch. At tibi dignum factis *præmium* dab*o*. *D.*
Deceptus ſum, *here*: at non defatigatus.
Hac non ſucceſſit: alia adgrediemur via.
Credo enim ad ſalutem poſſe hoc malum 2.
conuerti. *Ego ſane non deſinam* conari manibus, pedibus; noctes et dies *vel* capitis adire periculum: dum proſim tibi. Tuum eſt ignoſcere mihi, ſi quid præter ſpem euenit. *Ch.* Hem! ſt, mane: oſtium a *vicino* crepuit. *Vide, an veniat.* 3.

COLLOQVIVM II

ex act. 4. *ſc.* 2.

Georgius. Henricus.

G. S*Alue, Henrice*; quo te hinc agis? *H.* 4.
Et tu ſalue, Georgi: optime te mihi offers. *G.* Quid eſt? *H.* Vah, perii: hoc malum integraſcit. *G. Nondumne* arceſſitus *eſt medicus*? *H. Non erat* domi. *Quare* ſi quid poteris; fac, vt extemplo huc ad
fratrem veni*at*: *nam* in *magno pater* mæro- 5.
re propterea eſt; *et* per me ſtetiſſe cred*it*, quo minus *venerit*. *G.* Vbi vbi erit, inuentum tibi curabo et mecum huc adducam: tu modo, mi anime, te macerare noli. *H. Agnoſco beneuolentiam tuam, Georgi*:

1. *gi: ſed dicas tamen mihi ex animo velim, num vere in tuis adhuc fratrem hunc meum habueris.* G. *Quid dubitas, Henrice? Mihi profecto tanti eſt, vt* numquam eum deſer*turus ſim*: non, ſi omnes homines mihi capiendos eſſe inimicos ſciam. *H. Multum*
2. *eſt, quod polliceris.* G. Non Apollinis magis verum, atque hoc reſponſum eſt. Hunc *enim* mihi *amicum* ſemel expetiui: contigit: conueniunt mores. Valeant, qui inter nos diſſidium *aliquando* vol*ue*runt: *hunc* niſi mors, mihi adimet nemo. Sed vacuus
3. nunc non ſum ad *hoc* narrandum. *Abibo potius*: *et, quod promiſi*, tibi effectum reddam. Tu *vero* opperire hic parumper. *H.* Quapropter? *G.* Ita facto opus eſt. *H.* Matura *igitur*: *nam*, vt dies hic mihi ad agendum ſatis ſit, vereor. *G.* Iam, inquam, ad-
4. ero. Proinde vos *etiam* hinc amolimini, *o pueri*: nam impedimento *nobis* eſtis.

COLLOQVIVM III

ex act. 4. *ſc.* 3.

Chriſtianus. Valentinus.

5. *Ch.* QVo portas *litteras, Valentine? V. Ad conſulem. Ch. Num verum eſt, quod dicunt, herum tuum ipſo nuptiarum die a creditoribus accuſatum publica iam cuſtodia attineri? V. Nihil ſane verius. Ch.* O

fidem

fidem veſtram, *homines*! *o rerum humanarum inconſtantiam*! Nilne proprium cuiquam eſſe? Summum bonum eſſe heræ *tuæ* hunc *Martinum* putabam: amicum, *conſiliatorem*, virum, in quouis loco paratum. Verum quem nunc dolorem ex eo capit miſera! *V.* Facile hic plus mali eſt, quam illic boni. *Sed maturandum eſt, ne conſul exeat. Vale.* 1.

2.

COLLOQVIVM IV

ex act. 4. *ſc.* 4.

Daniel. Bernhardus. 3.

D. B*Ernharde*, nunc tua mihi ad hanc rem expromta memoria atque aſtutia opus eſt. *B.* Quidnam incepturus *es*? *D.* Accipe a me ocyus hunc *canem* atque ante ianuam noſtram appone. *B.* Obſecro, humine? *D.* Ex *lecto* hinc ſume *ſtramen* tibi, 4.
atque *id* ſubſterne: *nam vinctus eſt. B.* Quam ob rem id tute non facis? *D.* Quia, ſi forte iusiurandum mihi ad herum opus *ſit*, me non apposuiſſe: vt liquido poſſim. *B.* *Vnde* noua nunc iſtæc in te religio inceſſit? *D.* *Ah*, moue te ocyus: vt, quid agam, in- 5.
telligas. *B. Crede, Bernbarde, me nihil non facturum*, ne quid commodum *tuum vllo modo* remorer: *ſed dic mihi ante*, quid incepturus *ſis. D. Ah, exhorreſco. B.* Quid? *D. Herus* interuenit: repudio conſilium, quod

1. quod primo intenderam. *B.* Neſcio, quid narres. *D.* Ego hinc ab dextra me venire adſimulabo: tu vide, vt verbis orationi, vtcumque opus ſit, ſubſeruias. *B.* Ego, quid agas, nihil intelligo: ſed, ſi quid eſt, quod mea *tibi* opera ſit opus et *ſaluo officio poſſit*
2. *fieri*; manebo.

COLLOQVIVM V.

ex act. 4. *ſc.* 5.

Daniel. Bernhardus. Herus.

3. *D.* QVid turbæ eſt apud forum? quid illic hominum litigant? *B.* Annona cara eſt. *D.* Hem, quæ hæc eſt fabula? Eho, *Bernharde*: *canis* hic vnde eſt, quisue attulit? *B.* Sati*sne* ſanus es, qui me id rogites? *D.* Quem igitur rogem ego, qui hic a-
4. lium video neminem? Miror, vnde ſit. Dicturu*sne* es, quod rogo? *B.* Au. *D.* Concede ad dexteram. *B.* Deliras: non tute ipſe? *D.* Verbum ſi mihi vnum, præterquam quod te rogo, feceris: caue. Vnde eſt? dic clare. *B.* A *te ipſo.* *D.* Ha, ha, he: mirum, ſi im-
5. pudenter facit *hic puer.* Adeone *tibi* idone*us* eſſe vide*or*, in qu*o* ſic illud*as*? Propera adeo *canem* hinc ab ianua tollere. *B. Quid* ita me miſer*um* territas? *D.* Tibi ego dico, an non? *B.* Quid vis? *D.* At etiam rogas? Cedo, cuium *canem* hic appoſuiſti?

dic

Digitized by Google

dic mihi. *B.* Tu neſcis? *D.* Mitte id, quod 1.
ſcio, dic, quod rogo. *B. Quem dediſti mihi. D.*
Hem, quid *dedi*? *B.* Eho, an non eſt? *D.*
O hominem audacem! o facinus animad-
uertendum! Nunc adeo, vt ſci*as*, ni *canem*
tollis: iam iam ego mediam in viam prouol-
uam hunc, teque ibidem in luto peruoluam. 2.
B. Tu *certe* homo non es ſobrius. *D.*
Eho inepte: neſcis, quid velim. Fallacia alia aliam
trudit. *H.* Veni in tempore. *D.* Quis hic
loquitur? O *here*, per tempus aduenis:
auſculta. *H. Nihil me fallis*: audiui iam
omnia. *D.* Anne tu omnia? *H.* Audi- 3.
ui, inquam, a principio. Hem ſcelera!
num tu ille *es*? non te credas *herum* ludere.
D. Me miſer*um*: nihil *certe* falſi dixi, mi *he-
re*. *H.* Noui rem omnem. Sed eſt *vxor*
intus? *D.* Intus eſt. *H. Sequere me, Bern-
harde*: *tu vero hic mane*, *Daniel*; *et* caue, 4.
quoquam ex iſto loco exceſſeris.

COLLOQVIVM VI

ex act. 4. ſc. 6.

Peregrinus. Democritus.

P. IN hac platea habitaſſe dictum eſt *Nico-* 5.
taum noſtrum: qui potius diuitias pa-
rare *in magna hac vrbe* optauit, quam in pa-
tria pauper viuere. Eius morte ad me redi-
erunt bona ea. Sed quem perconter, vi-
deo. Salue. *D.* Obſecro, quem video?
eſtne

1. eſtne hic *Peregrinus*, ſobrinus *Nicolai*? Is eſt. *P.* O *Democrite*, ſalue. *D.* Saluus ſis, *Peregrine*. *P.* Itane *Nicolaus*? hem. *D.* Nos quidem miſeros perdidit. *P.* Quid vos? quo pacto hic? ſatin recte? *D.*
2. Noſne? ſic, vt quimus, aiunt: quando, vt volumus, non licet. *P.* Quid *Chryſophilus*? *iamne reſtituit mutuo acceptam a Nicolao pecuniam*? *D.* Vtinam. *P.* An nondum etiam? Haud auſpicato me huc appuli: nam *ſane*, ſi id ſci-
3. uiſſem, numquam huc retuliſſem pedem. Semper dictus eſt atque habitus amicus eius: quæ illius fuerunt, *magnam partem* poſſidet. Nunc me hoſpitem ſequi lites, quam hic facile mihi ſit atque v-
4. tile, aliorum exempla commonent. *Te autem*, *Democrite*, *et ceteros agnatos* deſpoliare non libet: *ſi quod ex reliqua hereditate ad vos emolumentum perue-nit*. *D.* O *Peregrine* optime, anti-
5. quum obtines. *P.* Duc me ad *Chryſophylum*, quando huc veni: vt videam. *D.* Sequere *me*: *ducam*.

SECTIO V 1.

eiusque

COLLOQVIVM I

ex act. 5. *ſc.* 1.

Thomas. Ferdinandus. 2.

Th. SAtis iam, ſatis ſpectata eſt erga te a-
micitia mea, *Ferdinande*; ſatis pe-
riculi adire cœpi: orandi iam finem fac.
Dum tibi obſequi ſtudeo, *meam* pæne *ſalu-
tem* illuſi. *F.* Immo enim quam maxime
abs te poſtulo atque oro, *mi Thoma*, vt be- 3.
neficium, dudum verbis initum, nunc re
comprobes. *Th.* Vide, quam iniquus ſis
præ ſtudio: dum efficias id, quod cupis.
Neque modum benignitatis; neque, quid
me ores, cogitas: nam ſi cogites, remittas
iam iniuriis me onerare. *F.* Quibus? *Th.* 4.
Ah, rogitas? Perpuliſti me, vt homini ado-
leſcentulo, in *iuris ſtudio* occupato, abhor-
renti a *pietate vera*, filium darem *contuber-
nalem*, eiusque labore atque incommodo
nepoti tuo medicarer. Impetraſti; incepi,
dum res tulit: nunc non fert; feras. *Scis*, 5.
quid machinatus ſit; *calumnia aperta eſt*:
nos *vt* miſſos facias, *rogo*. *F.* Per deum e-
go te oro, vt ne illis *hominibus* credere ani-
mum inducas, quibus id maxime vtile eſt, il-
lum eſſe quam deterrimum. *Sperati com-*
mo-

Digitized by Google

1. *modi* gratia hæc ficta ſunt atque incepta
omnia: vbi cauſſa, quam ob rem hæc faci-
unt, ademta his erit; deſinent. *Th.* Erras:
cum *Benedicto* egomet *Pancratium* iurgan-
tem vidi. *F.* Scio. *Th.* At vultu vero,
quum ibi me adeſſe neuter dum perſenſerat.
2. *F.* Credo: et id facturos *Bonifacius* dudum
prædixit mihi; et neſcio, quid oblitus ſum
tibi hodie, ac volui, dicere.

COLLOQVIVM II
ex act. 5. ſc. 2.

3. *Fauſtus*, famulus. *Gabriel*, filius. *Henri-
cus*, herus. *Sincerus*, ſenex. *Bern-
hardus*, ſeruus.

F. ANimo iam nunc otioſo *te* eſſe impe-
ro, *Gabriel.* Neſcio qui ſenex modo
ad vicinum venit: quum faciem videas,
4. quantiuis eſſe pretii videtur; triſtis in vul-
tu eſt ſeueritas, atque in verbis fides. *G.*
Bene ſane. *F.* Ego *profecto* commodiorem
hominem, aduentum, tempus non vidi;
omnis iam res in vado eſt. *G. St!* *patrem
audio.* *H.* O ſalue, bone vir. *F.* Hem, he-
5. rus eſt: omnia iam apparata ſunt intus. *H.*
Curaſti probe. *F.* Vbi voles, *vide.* *H.*
Quid *vero* iſtic tibi negotii eſt? *F.* Mihine?
H. Ita. *F.* Mihine? *H.* Tibi ergo. *F.* Mo-
do introii. *H.* Quaſi ego, quam dudum,
id rogem. *F.* Cum gnato ruo vna. *H.* An-

ne intus eſt *Gabriel?* Crucior miſer. Eho, 1.
non tu *in ſchola eum* eſſe dixiſti, *ſceceſſe?*
F. Fuit credo. H. Cur igitur hic eſt?
F. Luſit teſſeris et hanc ob cauſſam cum *vicini*
noſtri filio litigat. *H.* Hem. *Bernharde,*
Bernharde. F. Quid eſt? *H. Bernharde.*
F. Audi. *H.* Verbum ſi addideris. *Bern-* 2.
harde. F. Audi, obſecro. *B.* Quid vis?
H. Sublimen hunc intro rape, quantum
potes. *B.* Quem? *H. Puerum hunc. B.*
Quam ob rem. *H.* Quia lubet: rape, in-
quam. F. Quid feci? *H.* Rape. F. Si
quidquam mentitum inuenies, occidito. 3.
H. Nihil audio: ego te iam commotum
reddam. F. Tamen: etſi hoc verum eſt? *H.*
Tamen. Vinctum adſeruandum cura atque
(audin?) quadrupedem conſtringe. Age,
ego nunc iam hodie, ſi viuo, oſtendam tibi:
quid ſit periculi, herum fallere; et illi, pa- 4.
trem. *S* Ah, *Henrice*: ne ſæui tantope-
re. *H.* O *Sincere*: pietatem gnati! Non-
ne te mei miſeret? tantum laborem capere
ob talem filium? Age, *Gabriel*; exi, *Ga-*
briel: ecquid te pudet?

COLLOQVIVM III 5.

ex act. 5. ſc. 3.

Filius. Pater. Sincerus.

F. QVis me vult? perii, pater eſt. *P.*
Quid ais omnium? F. Ah, rem poti-
us

1. us ipſam dic: ac mitte male loqui *P.*Qua-
ſi quidquam in hunc iam grauius dici poſſit.
P. Ain tandem, *probus iuuenis Georgius* eſt?
F. Ita *credidi.* *P.* Ita *credidi?* Ingentem
confidentiam! Num cogitat, quid dicat?
num facti piget? num eius color pudoris
2. ſignum vsquam indicat? adeone *peruerſo*
eſſe animo, vt præter voluntatem patris ta-
men hunc habere ſocium cum ſummo *da-
mno* et probro cupiat? *F.* Me miſerum! *P.*
Modone id demum ſenſiſti? Olim iſtuc;
olim, quum ita animum induxiſti, *etiam* in-
3. uito patre *eligendum* tibi, quem cuperes: eo-
dem die iſtuc verbum vere in te accidit. Sed
quid ago? cur me excrucio? cur me mace-
ro? cur meam ſenectam huius amentia ſol-
licito? An, vt pro huius peccatis ſuppli-
cium ego feram? Immo habeat, valeat, vi-
4. uat cum illo: *ſed in meum poſthac conſpectum
numquam redeat. Faceſſe hinc, ſceleſte.* *F.*
Mi pater. *P.* Quid, mi pater? quaſi tu
huius patris indigeas. *F.* Pater, licetne
pauca? *P.* Quid dices mihi? *S.* Tamen,
quæſo, audi. *P.* Ego audiam? quid audi-
5. am, *Sincere*? *S.* Attamen dicat, ſine. *P.*
Age, dicat: ſino. *F.* Ego me amare *hunc*
fateor: ſi id peccare eſt, fateor id quoque.
Tibi, pater, dedo me: quiduis *pœnæ* impo-
ne: impera. Vis me *hunc fugere in poſte-
rum? fugiam.* Hoc modo te obſecro, vt

ne credas, *me malo conſilio ex ſchola huc veniſſe aut* a me *aduocatum* hunc *iuuenem.* 1.
Sine, me expurgem atque illum huc coram adducam. *P.* Adducas? *S.* Aequum poſtulat: da veniam. *F.* Sine, te hoc exorem. *P.* Sino. Quiduis *enim* cupio, *Sincere*: dum ne ab hoc me falli comperias. *Sed* 2.
iam ſcribendæ ſunt litteræ. Cras videbo, quid excuſationis allaturus ſit: *etſi manifeſtum eſt*, præter morem atque legem *eſſe factum, quod ſuſcepit.*

COLLOQVIVM IV 3.

ex act. 5. ſc. 4.

Conradus. Matthias. Vlricus.

C. QVid? *Gedanenſem* ego *hic Matthiam* video? Et certe is eſt. Saluus ſis. Quid tu *Hamburgum* inſolens? *M.* Euenit. Sed hiccine eſt *Vlricus*? *C.* Hic eſt. *V.* Mene 4.
quæris? Eho, tu *filiis meis Gedani pecuniam nuper commodaſti*? *M.* Tu *improbas*? *V.* Itane *te facere decuit*? *M.* Quare? V. Rogas? Tune hæc facias impune? tune homines adoleſcentulos, imperitos rerum, in fraudem illicis? ſollicitando et pollicitan- 5.
do eorum lactas animos? *M.* Sanusne es? *V. Neque cogitas potius, quo pacto* obſtare *eorum* voluptati *et luxuriæ poſſis*? *C.* Si hunc ſatis noris, *Vlrice*: non ita arbitrere; bonus hic eſt vir. *V.* Hic vir ſit bonus? *Corru-*

1. *ruptor iuuentutis eſt.* *M.* Hem! *C.* Sic,
Matthia, eſt hic: mitte. *M.* Videat, qui
ſit. Si mihi pergit, quæ vult, dicere: ea,
quæ non vult, audiet. Ego iſtæc moueo aut
curo? non tu tuum malum æquo animo fe-
res? Nam, quæ *feci* ego, *rectene* an *ſecus*
2. *facta ſint*, iam ſciri poteſt. *Miles quidam
Danus ſuperiore Iunio* naui fracta ad *oram
noſtram* eiectus eſt: tum egens forte ſe ap-
plicat ad *ciuem quemdam.* *V.* Fabulam in-
ceptat. *C.* Sine. *M.* Itane vero obtur-
bat? *C.* Perge. *M.* Tum is cognatus mihi
3. fuit, qui eum recepit. Ibi ego audiui eſſe
*Hamburgenſem. Sed paullo poſt in morbum in-
cidit.* *C.* Eius nomen? *M.* Nomen *vix iam
ſuccurrit.* Hoc certo ſcio: *mercatoris
Hamburgenſis filium* ſe aiebat eſſe, *et vtroque
parente orbum.* *C.* Hem, quid ais. *M.*
4. Eadem hæc multi alii tum audiuere. *C.* V-
tinam id ſit, quod ſpero. Eho, dic mihi,
Matthia: *quot annorum tibi videbatur iſte
homo eſſe?* *M.* Ex ipſo *vel decies* audiui: *et,
ſi recte memini, iam annum agit viceſimum
quartum; qui tertius eſt ab illo tempore, quo*
5. *Lubecæ nomen militiæ dedit.* *C.* Arrige a-
res, *Vlrice*: certe *Lælius* eſt, *communi*
ſter nepos. *M. Sic, Lælius eſt: iam* *ſuccur-
rit.* *C.* Vix ſum apud me: ita ani mus com-
motus eſt metu, ſpe, gaudio, mirando hoc
tanto, tam repentino bono. *V. Nondum*

 cre-

credo, *Conrade*: *et, ſi vellem* credere, vnus 1.
tamen ſcrupulus mihi reſtat, qui me male habet. C Odio dignus es cum tua religione: nodum in ſcirpo quæris. *M.* Quid iſtud eſt? *V.* Nomen *nationis* non conuenit: *nam apud Suecos eum meruiſſe, fama ſemper fuit.*
M. Recte admones: *et hoc ipſe dixit aliquo-* 2.
ties; ſed miſſione legitime impetrata ſub Danorum ſignis cœpit militare. C. Ecce, tabellarius adeſt: adfert litteras. V. Certe ſcriptæ ſunt a filio: exſpectate, dum legam. M. Exſpectabimus. *V.* Fauſtum et felicem
hunc diem! *Lælius noſter viuit: a filiis a-* 3.
gnitus eſt; et hac ipſa pecunia, quam a te mutuati ſunt, in morbo ſic recreatus, vt ſpes ſit, eum propediem ad *nos* propera*turum. Ignoſce igitur mihi, o Matthia*: cauſſa optima eſt. pecuniam recipies. *Nunc* propero ad *vxo-*
rem: eho mecum, *amici*; *vt* omnes nos *ex* 4.
animo gaudere hoc intelligat. *M. et C. I præ, ſequemur.*

COLLOQVIVM V

ex act. 5. ſc. 5.

Benedictus. Iucundus. 5.

B. O *fauſtum et felicem hunc diem*! Mihi ſane immortalitas parata eſt, ſi huic gaudio nulla ægritudo interceſſerit. Sed quem ego nunc mihi potiſſimum exoptem dari, cui hæc narrem? *I.* Quid illud gaudii eſt?

1. eſt? *B. Hem*, *Iucundum* video: nemo eſt,
quem mallem, omnium; nam ſolum hunc
ſolide mea gauiſurum gaudia, ſcio. *I. Quid*
tandem illud eſt, *quod ita gaudes*, *Benedicte?*
B. Frater meus in viuis eſt: *et hac ipſa hora*
ex litteris ad auum datis intelligo, *eum miſſi-*
2. *onem ac reditum in patriam legitime a Danis*
impetraſſe. *I. O lætum nuntium*! *Nihil* eſt,
quod mallem, omnium: *et recte putas*,
quum credis, *me hoc tuum* gaudi*um* ſolide ga-
uiſurum *eſſe*.

COLLOQVIVM VI

3. *ex act.* 5. *ſc.* 6.

Cornelius. Franciscus. Theophraſtus.

C. VBinam hic *Franciſcus* eſt? *Fr. Corne-*
li. C. Quis homo eſt? *Fr.* Ego ſum.
C. O *Franciſce*: neſcis, quid mihi obtigerit.
4. *Fr.* Certe: ſed, quid mihi obtigerit, ſcio.
C. Et quidem ego. *Fr.* More hominum e-
uenit, vt, quod ego nactus mali ſim, prius tu
reſciſceres: quam ego, quod tibi euenit bo-
ni. *C. Reconciliatus ſum patri*. *Fr.* O fa-
ctum bene! *C Et nouam veſtem mihi eſt pol-*
5. *licitus*. *Fr.* Narras probe. *C.* Nec mora
vlla eſt, quin *accipiam*. *Th.* Num ille ſo-
mniat ea, quæ vigilans voluit? *C. Etiam The-*
ſaurum Fabri mihi eſt emturus. *Fr.* Ah,
deſine: *tu* ſolus *es*, quem *pater* dilig*it*. *Th.*
Saluus ſum, ſi hæc ſunt vera. Colloquar. *C.*

Quis homo eſt? *Theophraſte*, in ipſo tem- 1.
pore mihi aduenis. *Th.* Bene factum. *C.*
Hem, audi*ui*ſti? *Th.* Omnia: age, me in
tuis ſecundis reſpice. Tuus eſt nunc *pa-
ter*: facturum, quæ *mea etiam cauſſa* voles,
ſcio eſſe omnia. *C.* Memini: atque adeo
longum eſt, nos illum exſpectare, dum exe- 2.
at. Sequere nunc me hac intus ad *matrem*.
Tu vero, F*rancíſce*, abi *et* arceſſe propere,
qui *veſtem conficiat*. Quid ſtas? quid ceſ-
ſas? *Fr.* Eo.

COLLOQVIORVM 3.
TERENTIANORVM
LIBER II
SIVE
EVNVCHVS. 4.
COLLOQVIVM INITIALE ex prologo.

Scipio. Lælius. Terentius.

Sc. N*Vm* Eunuchum ſuam *iam* dedit *Te-
rentius*? *L.* Nunc nuper dedit. *Sc.* 5.
Quæ autem cauſſa eſt, cur act*a* fabul*a Laui-
nium* laceſſ*iuerit*? *L.* Si quisquam eſt, qui
ſe placere bonis quam plurimis ſtudeat et
minime multos lædere: *certe* in his poeta
hic nomen ſuum profitetur. Si quis *vero*
eſt,

Digitized by Google

1. eſt, qui inclementius dictum in ſe eſſe exiſtimauit: ſic exiſtimet, reſponſum *hoc*, non dictum eſſe. *Sc. An forte* prior læſit *Lauinius*? *L.* Id ita eſſe, *nullus dubito. Nam quum* nuper Menandri Eunuchum act*urus*, poeta *eſſet*: poſtquam ædiles emerunt, per-
2. fecit *Lauinius*, vt ſibi *etiam* inſpiciendi eſſet copia. *Igitur* quum adeſſet ibi magiſtratus, agi occepta eſt. *Quid vero tum Lauinius*? *Nimirum* exclamat, furem, non poetam, dediſſe fabulam; et nihil tamen verborum dediſſe: Colacem eſſe Næuii et vete-
3. rem Plauti fabulam: paraſiti perſonam et militis inde ablatam. *Sc. Forſan, quod res eſt, dixit Lauinius. L. Dixit quidem*: *at* ſi id eſt peccatum; peccatum imprudentia poetæ eſt, non qui furtum facere ſtuduerit. Id ita eſſe, *ipſe* iam poteris iudicare.
4. Colax Menandri eſt: in ea eſt paraſitus Colax et miles glorioſus. Eas ſe perſonas in Eunuchum ſuam transtuliſſe ex græca non negat: ſed latinas prius factas ſeſe ſciuiſſe eas fabulas, id vero pernegat. Quod ſi perſonis iisdem vti aliis non licet: qui magis
5. licet currentes ſeruos ſcribere; matronas facere bonas, meretrices malas, paraſitum edacem, militem glorioſum; puerum ſupponi *et* falli per ſeruum *dominum* ſenem? *Sc. Recte putas, Læli*: nullum *enim* iam eſt dictum, quod non prius dictum ſit. Quare

co-

Digitized by Google

cognoſcere æquum eſt et ignoſcere: ſi no- 1.
ui faciunt, quod factitarunt veteres. *L.* *Igitur* mone *hominem*, ne erret, nec ipſe ſe fruſtretur; aut ſic cogitet: defunctus iam ſum; nihil eſt, quod dicat mihi. *Ipſe enim* eſt, qui fabulas bene vertendo et easdem
male deſcribendo ex græcis bonis latinas 2.
non bonas fecit. *Præter hæc autem* habet alia multa *Terentius*: quæ nunc condon*at quidem*; quæ tamen proferentur poſt, ſi perget ita lædere, vt facere inſtituit. *Sc.* *Monebo.*

LIBRI II 3.

SECTIO I

eiusque

COLLOQVIVM I

ex act. 1. *ſc.* 1. 4.

Robertus. Leuinus.

R. QVid igitur faciam, *Leuine*? Non eam? ne nunc quidem, quum arceſſor? An potius ita me comparem, non per-
peti *tam infidi et amici nomine prorſus indi-* 5.
gni hominis contumelias? Excluſit: reuocat. Redeam? non: ſi me obſecret. *L.* Si quidem poſſis: nihil prius, neque *vtilius.* Verum ſi incipies, neque perficies nauiter; atque vbi pati non poteris, quum nemo *te*

com-

1. *commilitonum* expetet; *et ſi* infecta pace vltro ad eum venies, indicans, te ferre non poſſe *hunc tui neglectum*: actum eſt, ilicet, periiſti; eludet, vbi te victum ſenſerit. Proinde tu, dum tempus eſt, etiam atque etiam cogita. Nam quæ res in ſe neque
2. conſilium neque modum vllum habet, eam conſilio regere non potes. In *amicitia et conuerſatione iuuenili* hæc omnia inſunt vitia: iniuriæ, ſuſpiciones, inimicitiæ, induciæ, bellum, pax rurſum. Incerta hæc ſi tu ratione facere certa poſtules: nihilo plus
3. agas, quam ſi operam des, vt cum ratione inſanias. Et quod nunc tecum tu iratus cogitas; egone illum, qui illum, qui me, qui non; ſine modo, mori me malim; ſentiet, qui vir ſim: hæc verba (*ſcio enim, quam flexibilis tu et ſocialis ſis*) *vna occaſio* et vna falſa la-
4. crimula, quam oculos miſere terendo vix vi expresſerit, reſtinguet; et *tum* te vltro accuſabis, et vltro ei ſupplicium dabis. *R.* O indignum facinus! Nunc ego et ill*um* ſceleſt*um* eſſe, et me miſerum ſentio: et tædet, et *deſiderio* ardeo: et prudens, ſciens, viuus
5. videnſque pereo: nec, quid agam, ſcio. *L.* Quid agas, niſi vt te redimas captum, quam queas minimo? Si nequeas paullulo: at quanti queas, et ne adflictes te. *R.* Itane ſuades? *L.* Si ſapis: neque, præterquam quas ipſe *iam* moleſtias hab*es*, addas; et illas,

las, quas hab*es*, recte feras. *R. Non ſequar tuum in hac re conſilium, Leuine. Mihi potius certum eſt, fortiter ſubtrahere me ab amicitia tam periculoſa: nec huius tantum, ſed omnium commilitonum contumelias patienter ferre. L. Non repugno, ſi ita vis, Roberte. Quid enim fuit vſque adhuc Franciſcus, niſi* fundi noſtri calamitas? Nam quod nos capere oport*uit*, hic *vt plurimum* intercepit. 1. 2.

COLLOQVIVM II

ex act. 1. ſc. 2.

Franciſcus. Robertus. Leuinus. 3.

Fr. MIſer*um* me! Vereor, ne illud grauius *Robertus* tulerit: neue aliorſum, atque ego feci, acceperit, quod heri intromiſſus non eſt. *R. Perfrigida tempeſtas eſt, Leuine: ego ſane* totus tremo horreoque, poſtquam hic ſta*mus*; vereor, ne *febris recurrat. L.* Bono animó es: accede ad ignem hunc, iam incaleſces plus ſatis. *Fr.* Quis hic loquitur? hem, tune eras, mi *Roberte*? quid hic ſtabas? cur non recta introibas? *L.* Ceterum de excluſione verbum nullum. *Fr.* Quid taces? *R.* Sane quia ſemper mihi patent hæ fores, aut quia apud te primus ſum. *Fr.* Fac iſtæc miſſa. *R.* Quid miſſa? Vtinam mihi pars æqua tecum amoris eſſet ac beneuolentiæ; ac pariter fieret, vt 4. 5.

aut

1. aut hoc tibi doleret itidem, vt mihi dolet;
aut ego iſtuc abs tè factum nihil penderem.
Fr. Ne crucia te, obſecro, mi *Roberte.* Non
ſane, quo quem plus amem aut plus diligam,
ego feci: ſed ita res erat, faciendum fuit.
L. Credo, præ amore hunc foras excluſiſti.
2. *Fr.* Siccine ais, *Leuine?* age. Sed qua te
gratia arcesſi huc iusſi, *mi Roberte*, auſculta.
R. Fiat. *Fr.* Dic mihi hoc primum: pot-
eſtne hic tacere? *L.* Egone? optime. Ve-
rum heus tu, hac lege meam tibi fidem ad-
ſtringo: quæ vera audiui, optime taceo et
3. contineo; ſin falſum aut vanum aut fictum
eſt, continuo palam eſt. Plenus rimarum
ſum: hac atque illac perfluo. Proin*de* ſi
taceri vis, vera dicito. *Fr. Bataua* mihi
mater fuit: ea habitabat *Amſtelodami, quum
poſt patris mei mortem ad ſecunda vota per-*
4. *geret. L.* Hoc taceri poteſt. *Fr.* Ibi tum par-
uulam puellam matri *educandam* dedit mer-
cator quidam *Britannus*, ex *Italia* abre-
ptam. *R. Ruſticam*ne? *Fr.* Arbitror: cer-
tum non ſcimus. Matris nomen et patris
dicebat ipſa: patriam et ſigna cetera neque
5. ſci*e*bat, neque per ætatem etiam potuerat.
Mercator hoc addebat: e prædonibus *Tur-
cicis*, vnde emerat, ſe audiuiſſe, abreptam e
Calabria. Vbi accepit mater: ſtudioſe
omnia docere cœpit *atque* ita educare, vti ſi
eſſet filia. *Britannam* eſſe plerique *tum* cre-
de-

Digitized by Google

debant. *Poſt annos quinque huc* mater ab- 1.
iit: et nuper *vna cum vitrico* mortua reliquit
mihi hæc, quæ habeo, omnia. *L.* Vtrum-
que falſum eſt: effluet. *Fr.* Qui iſtuc? *L.*
Quia neque *tempus recte definiiſti*: neque ſo-
la *hæc* reliquit; nam *vitricus* quoque bonam
magnamque partem ad *matrem* attulit. *Fr.* 2.
Ita eſt: ſed ſine me peruenire, quo volo. In-
terea *mercator*, qui *hanc matri virginem cre-
diderat*, in *Hiſpaniam* eſt profectus atque il-
lic nuper mortu*us*. *Morienti* adfuit forte
fortuna, *quem mecum iam vides*, hic amicus
meus, imprudens harum rerum ignarusque 3.
omnium. Interea loci *huc* venit *mercato-
ris* frater, *virginem* abdu*cturus in Britan-
niam*. Is auidior aliquantum ad rem eſt: et
poſtquam ſenſit, *tutorem non* reddi*turum
eam*, niſi accep*ta*, *quam pro victu et inſtitu-
tione debet*, *pecunia*; ſedulo fingit cauſſas, 4.
ne det; ait, ſi fidem habeat, reſtitu*tum* iri
pecuniam, *ſi forte iam frater perſoluiſſet*, ac
id non metuat, ne, vbi eam acceperit *tutor*,
recuſet redd*ere*, velle ſe dare illam; verum
id vereri. Sed quantum ego ſuſpicor, *ali-
quid monſtri alit*: *et* multæ cauſſæ ſunt, 5.
quam ob rem *tutor etiam ſine pretio* reſtitu-
ere virginem dubitat. *Atque hinc factum
quoque eſt*, *vt nudius tertius te non intromiſe-
rim*: *erat enim tum tutor in muſeo meo et
mercatorem exſpectabat*, qui *ea hora* ventu-
rum

Digitized by Google

1. rum ad me domum conſtitu*erat*, *Vix au-*
tem diſceſſerat, *quum* relictis rebus omnibus
te quæſiui: *communicaturus*, *quæ eſſent a-*
cta. *R.* Neque hoc tacebit *Leuinus*. *L.*
Oh, dubiumne id eſt? *Fr.* Hoc agite, ama-
bo. Tute *enim* ſcis, *Roberte*, quam intimum
2. te habeam et vt conſilia mea tibi credam o-
mnia. Sol*us* ſum: habeo hic *ex æqualibus*
neminem neque amicum neque cognatum:
neque etiam cupio aliquos parare amicos;
quoniam ſcio, *quam periculoſum hoc ſit*. *R.*
Ha, *ha*: *intelligo nunc*, ob *quam cauſſam* abs
3. te *ſic* ſpernor, peſſi*me*. *L.* En noſter: lau-
do. Tandem perdoluit: vir es. *Fr. Audi*
me Roberte. *Omnino fugiendæ ſunt conſue-*
tudines et amicitiæ nimiæ. Te *autem* meri-
to amo: et ita quidem, *vt quiduis* potius,
quam te inimicum habeam, facturus ſim. *R.*
4. Vtinam iſtuc verbum ex animo ac vere di-
ceres, potius quam te inimicum habeam:
ſi iſtuc ſincere dici crederem, quiduis poſ-
ſem perpeti. *L.* Labaſcit, victus vno ver-
bo: quam cito? *Fr.* Ego non ex animo dico
miſer? Quam rem ioco tandem a me volui-
5. ſti, quin perfeceris? ego hoc abs te impe-
trare nequeo, vt ex animo et vere *me credas*
dicere. *L.* Haud ego neſciebam, quorſum
tu ires, *Franciſce*. Nempe huc denique
redeunt omnia nunc verba hæc: *non* con-
temtus abs te *Robertus eſt*. *Sed* fac, *vt vide-*

Digitized by Google

amus ipſi mercatorem. *Fr.* Me miſerum! 1.
forſitan et hic mihi parum habeat fidem atque ex *aliorum* ingeniis me nunc iudicet. Ego *ſane*, qui conſci*us* mihi ſum, hoc certo ſcio, neque me falſi quidquam finxiſſe, neq; cordi meo quemquam eſſe hoc *Roberto* cariorem: et quidquid huius feci, *tutoris* 2.
cauſſa feci. *L. Quid verbis opus eſt?* tu fac adduc*a*tur. *Fr.* Scilicet faciendum eſt, quod vis: et mos *Leuino* gerendus. Conced*ite* hinc intro et exſpect*ate*, dum venit. *L.* Exſpectab*imus*. *R. At mihi* multæ cauſſæ ſunt, quam ob rem *abire* cupio. *Fr.* For- 3.
ſan times nunc, ne ſincere *me* dix*iſſe verum ſit.* *R.* Egone id timeo? *Fr.* Quid ergo te ſollicitat? cedo. *R.* Rus ibo: ibi*que* biduum *transigam.* *Fr. Num* ita facere certum eſt? *R. Omnino* certum eſt. In hoc biduum vale, *Franciſce.* *Fr.* Si quidem bi- 4.
duum: verum ne fiant iſti viginti dies. *R.* Profectò non plus biduum: *vale.* *Fr.* Et tu, mi *Roberte.* *R.* Num quid vis aliud? *Fr.* Egone quid velim? Vt abſens *quoque mecum* præſens ſis, dies noctesque me deſideres, me ſomnies, me exſpectes, de me cogi- 5.
tes, me ſperes, me te oblectes, mecum tot*us* ſis: *hoc eſt, vt vno verbo dicam*, me ames. Poſtremo fac, vt meus ſis animus: quando ego tuus ſum. *R.* Habebo in memoria. *Sed* hoc *vnum* te exorem, ſine: *vt quemadmodum*

Digitized by Google

1. *dum numquam antehac* meam in te claudi
benignitatem ſenſiſti, *ita in poſterum quoque
bona de me ſperes omnia.*

SECTIO II

2. eiusque

COLLOQVIVM I

ex act. 2. ſc. 1.

Aquila. Lambertus.

A. FAc ita, vt iuſſi: deducantur *veruetes*
3. *iſti* patrono. *L.* Faciam. *A.* At
diligenter. *L.* Fiet. *A.* At mature. *L.*
Fiet. *A.* Satisne hoc tibi mandatum eſt?
L. Ah rogitare: quaſi difficile ſit. Vtinam
tam facile inuenire aliquid poſſis, quam hoc
peribit. *A.* Ne iſtuc tam iniquo animo
4. pat*ere*. *L.* Minime: quin effectum dabo.
Sed num quid aliud imperas? *A.* Verbis or-
nato munus, quod poteris: et æmulum
iſtum a *ſpe conſequendæ dignitatis huius*,
quod poteris, pellito. *L.* Memini, tamet-
ſi nullus moneas. *A.* Ego rus ibo atque
5. ibi manebo. *L.* Cenſeo. *A.* Sed heus tu.
L. Quid vis? *A.* Cenſesne obfirmare me poſ-
ſe et perpeti, ne redeam interea? *L.* Tene?
Non *ſane* arbitror: nam aut iam reuerteris,
aut mox noctu inſomnia te horſum adigent.
A. Opus faciam, vt defatiger vsque, vt in-

D 2 gra-

gratiis dormiam. *L.* Laſſus *quoque* vigilabis: *immo* hoc plus facies. *A.* Ah, nil dicis, *Lamberte.* Eiicienda *ſane* hæc animi *impotentia eſt.* Nimis *mihi* indulgeo. Tandem ego *euentum huius rei* non *exſpectem,* ſi vel totum triduum opus ſit? *L.* Hui! vniuerſum triduum? Vide,quid agas. *A.* Stat ſententia: *vale.* *L.* Bon*e* de*us*, quid hoc morbi eſt? adeone immutari homines ex *ambitione*, vt non cognoſcas eumdem eſſe? *Certe* hoc nemo minus ineptus fuit: nec magis ſeuerus quiſquam *ſuique compos* magis. *At qualem nunc inuenio!* Sed quis hic eſt, qui huc pergit? At,at,hic quidem eſt ſeruus *æmuli iſtius*: bouem vna ſecum huic dono ducit, papæ, *obeſitate corporis nitidiſſimum.* Mirum, ni ego me turpiter hodie hic dabo cum meo hoc *munere.* *Hic longe* ſuperat *verueces meos.*

1.
2.
3.
4.

COLLOQVIVM II

ex act. 2. ſc. 2.

Gnatho. Lambertus. Zeno.

Gn. EN, *Lambertum* ante oſtium *conſulis* triſtem video, *Aquilæ* ſeruum. Salua res eſt: nimirum hic frigent homines. Ludere nebulonem hunc certum eſt: *accedam propius.* Plurima ſalute *Lambertum*, ſummum ſuum, impertit Gnatho. Quid agitur? *L.* Statur. *Gn.* Video: num quid

5.

hic

1. hic, quod nolis, vides? *L.* Te. *Gn.* Credo: at num quid aliquid? *L.* Quid dum? *Gn.* Quia triſtis es. *L.* Nihil equidem. *Gn.* Detineo te fortaſſe: tu profecturus alio fueras. *L.* Nusquam. *Gn.* Tum tu igitur paullulum operæ mihi da: fac, vt admittar
2. ad *conſulem.* *L.* Age modo: nunc tibi patent hæ fores, quia *bouem iſtum* ducis. Sine, biduum hoc prætereat: qui mihi nunc vno digitulo for*es* aperis fortunatus, næ tu *iſtas* fruſtra ſæpe inſultabis. *Gn.* Facete dictum: omnium *enim* rerum viciſſitudo eſt.
3. Sed *Zenonem* huc aduenire video. Miror, qui ex arce abierit: nam ibi nunc publice cuſtos eſt. Non temere eſt: et properans venit: neſcio quid, circumſpectat. *Salue Zeno: quid ita* ſentum *te*, ſqualidum,
4. ægrum, pannis annisque obſitum video? quid iſtuc ornat*us* eſt? *Z.* Quoniam perdidi miſer, quod habui. *Gn. Vah*, quid præſtat homo homini? quid ſtulto intereſt intelligens? Hoc adeo ex hac mihi re in mentem venit. *Z.* Hem, quo redactus ſum?
5. Omnes noti me atque amici deſerunt. *Gn.* Quid, homo ignauiſſime? itane paraſti te, vt nulla tibi ſpes in te ſit reliqua? ſimul conſilium cum re amiſiſti? Videsne ex eodem me loco natum? qui color, nitor veſtitus, quæ habitudo corporis eſt? Omnia habeo, neque quidquam habeo: quum nihil eſt,

Digitized by Google

nihil tamen deſit. *Z.* At infelix ego neque 1.
ridiculus eſſe, neque plagas pati poſſum. *Gn.*
Quid? tu his rebus fieri credis? tota via er-
ras. Olim quondam apud ſæculum prius
iſti generi quæſtus fuit: hoc *tempore* no-
uum eſt aucupium. Eſt genus hominum,
qui primos rerum omnium ſe volunt eſſe, 2.
nec ſunt. Hos conſector: hisce ego non,
vt rideant, me paro; ſed vltro eis arrideo
et ſimul ingenia eorum admiror. Quidquid
dicunt laudo: Id ſi negant rurſum, laudo id
quoque: negat quis, nego: ait, aio: poſtre-
mo adſentari omnia egomet imperaui mihi. 3.
Is quæſtus nunc multo eſt vberrimus. *Z.*
Scitum *profecto* hominem. *L. Immo vero*
paraſitum et adulatorem nocentiſſimum: hic
ex ſtultis prorſum inſanos facit homines.
Gn. Quid *non* otium facit et cibus alienus?
Neque tamen primus ego hanc inueni viam, 4.
neque ſector *ſolus*. Conueni hodie quem-
dam hinc mei loci atque ordinis, qui itidem
bona patria abligurierat: *hic vel vnico ſatis*
experimento didiciſſe viſus eſt, quantum hæc
ars cultori ſuo proſit. Nam dum loquimur
inter nos et interea loci ad macellum adue- 5.
nimus: læti concurrunt mihi obuiam cu-
pedinarii omnes, cetarii, lanii, coqui, farto-
res, piſcatores, aucupes, quibus et re ſalua
et perdita profueram et proſum ſæpe; ſalu-
tant, ad cœnam vocant, aduentum gratulan-
tur.

1. tur. Miſer ille et famelicus vbi in tantum eſſe me honorem videt, et tam facile victum quærere: ita obſecrare me homo cœpit, vt diſcere ſibi id de me liceret. *L.* Mira vero, quæ *homini ingenuo ac liberali* placeant. *Gn.* Etiam nunc hic ſtas, *Lamberte?* Eho,
2. numnam tu cuſtos hic relictus *es*, ne quis forte internuntius clam a *conſule* ad *herum meum* curſitet? Abi, tempus eſt: ſex tot*as horas iam hic* ante oſtium *es præſtolatus*, ſurſum deorſum curſit*ans*; *videsque, haud* gratum *patrono* hoc tuum munus eſſe. *Non* ad-
3. mitt*eris*: *neque*, *ſi vel* vsque ad lucem *hic* vigiles.

COLLOQVIVM III

ex act. 2. ſc. 3.

Chærea. Parmeno. Dauus.

4. *Ch.* OCcidi: neque *frater* vsquam eſt; neque ego, qui il*lum* e conſpectu meo amiſi. Vbi quæram? vbi inueſtigem? quem perconter? quam viam inſiſtam? Incertus ſum. Vna hæc ſpes eſt: vbi vbi eſt, diu celari non poteſt. *P.* Ecce autem *Chæ-*
5. *ream*: de fratre, neſcio quid, loquitur. *Ch.* O infortunatum ſenem, qui me hodie remoratus eſt: meque adeo, qui reſtiterim; tum autem, qui illum flocci fecerim! Sed ecc*e* Parmenonem: ſalue. *P.* Quid tu es triſtis? quidue alacris? vnde is? *Ch.* Ego-

Digitized by Google

ne? neſcio *profecto*, neque vnde eam, neque 1.
quorſum eam: ita prorſum oblitus mei ſum.
P. Qui quæſo? *Ch.* *Amiſi fratrem.* *P.* E-
hem. *Ch.* Nunc oſtendes te, qui vir ſis,
Parmeno. Scis, te mihi ſæpe eſſe pollici-
tum; Chærea, inueni modo aliquid, quod
velis; ego faciam, vt meam in ea re vtilita- 2.
tem cognoſcas: quum in cellulam ad te
clanculum patris penum omen congere-
bam. *P.* Age, inepte. *Ch.* Hoc *certe* fa-
ctum eſt. Fac ſis, nunc appareant promiſ-
ſa: ſiue adeo digna res eſt, vbi tu neruos tu-
os intendas. *Ego auiam maxime timeo*: *quæ* 3.
ſi *iraſci* occeperit, ludum iocumque dices
heſterno die fuiſſe *patrem*, præut quæ huius
rabies dabit. *P.* Qua ratione amiſiſti? *Ch.*
Id equidem adueniens modo ſtomachabar
mecum: neque ego quemquam hominum
eſſe arbitror, cui magis aduerſæ ſint bonæ 4.
felicitates omnes. *P.* Quid factum eſt? *Ch.*
Rogas? patris cognatum atque æqualem
Archidemidem noſtine? *P.* Quid ni? *Ch.*
Is mihi, dum hunc ſequor, obuiam fit. *P.*
Incommode *ſane*. *Ch.* Immo enimuero in-
feliciter: nam incommoda alia ſunt dicen- 5.
da, Parmeno. Illum liquet mihi deierare
proximis his menſibus ſex, ſeptem prorſum,
non vidiſſe: niſi nunc, quum minime vel-
lem minimeque opus fuit. Eho, nonne hoc
monſtri ſimile eſt? quid ais? *P.* Maxime.

Ch.

1. *Ch.* Continuo accurrit ad me, quam longe
quidem, incuruus, tremulus, labiis demiſ-
ſis, gemens: heus, heus, tibi dico Chærea,
inquit. Reſtiti. Scisne, quid ego te vo-
lebam? Dic. Cras mihi eſt iudicium. Quid
tum? Vt diligenter nunties patri, aduoca-
2. tus mane vt eſſe mihi meminerit. Dum
hæc dicit, abiit hora. Rogo, num quid ve-
lit. Recte, inquit. Abeo. Quum reſpi-
cio ad fratrem, ill*e* interea ſeſe huc aduerte-
rat in hanc *veſtram* plateam: quum huc ad-
uenio, null*us* erat. *P.* Mirum, ni *hunc* di-
3. cit, qu*i* *Dauo noſtro* modo *factus eſt* obui-
am. *Heus, Daue*: cuia erat *ancilla*, *quæ du-
ci a militibus iuuenem clamabat.* *D.* Ne-
ſcio *ſane.* *P.* Vnde *erat iuuenis?* *D.* Ne
id quidem? *P. Num* demiſſis *erat* humeris
et gracil*is? D. Non: ſed* paullo habitior. *P.*
4. Anni? *D.* Sedecim, *vt videbatur.* *Ch. Ah,*
perii, *frater fuit*: corpus ſolidum *eſt* et ſuc-
ci plenum. *Proinde* obſecro te, Parmeno:
fac, vt *inueniam.* *P.* Faciam *equidem* ſe-
dulo, dabo operam, adiuuabo. Num quid
me vis aliud? *Ch.* Quo nunc is? *P.* Domum:
5. *vt exſequar, quod ex ipſa occaſione iam cepi,
conſilium.* *Ch. Quidnam iſtuc eſt?* *P.* Ci-
bum *veſperi* cum *hero meo miles quidam illi-
us cohortis* capiet, *in cuius ſupplementum
hic tirones leguntur*; *et* dormiet *etiam hac
nocte* in ædibus *noſtris.* *Ego* propter dor-

D 5 mio.

Digitized by Google

mio. Quid, ſi tu illius veſtem capias? *Ch.* 1.
Veſtem? quid tum poſtea? *P.* Pro *milite*
cras ſummo mane adibis illam domum, qua ti-
rones adſeruantur. *Ch.* Audio. *P. Ego*
tibi comes adero et te eſſe illum dicam, *qui*
heri nomen apud centurionem profeſſus ſit.
Ch. Intelligo. *P.* Tum ego *diſcedam. Tu* 2.
vero occaſionem omnem liberandi fratris cir-
cumſpicies: quandoquidem neque ill*orum*
te quisquam nouit, neque ſcit, qui ſis; præ-
terea forma *et* ætas ipſa eſt, vt te facile pro
milite probes. *Ch.* Pulchre dixiſti: num-
quam vidi melius conſilium dari. Age, ea- 3.
mus: *feſtina*, quantum potes. *P.* Quid a-
gis? iocabar equidem. *Ch.* Garris. *P.*
Perii: quid ego miſer egi? quo trudis? tu
me iam perculeris? Tibi equidem dico:
mane. *Ch.* Eamus. *P.* Pergisne? *Ch.*
Certum eſt. *P.* Vide, ne nimium callidum 4.
hoc ſit modo. *Ch.* Non eſt profecto: ſine.
P. At enim iſtæc in me cudetur faba. Ah
flagitium, facinus. *Ch.* An id flagitium eſt,
ſi gratiam nunc crucibus illis referam atque
eos itidem *ſic* fallam, vt ab illis fallimur. *Hi*
profecto ſunt, qui modis omnibus nos cruci- 5.
ant et adoleſcentiam noſtram *terrent quoti-*
die. Sane merito illud omnes factum pu-
tent. *Quare fratrem* tu mihi vel vi vel clam
vel precario fac *reddas*: mea nil refert, dum
potiar modo. Quod niſi feceris: dedu-

cam

1. cum cibum *poſthac*, *penitusque* te ex animo
delebo. *P.* Quid iſtuc? Si certum eſt facere,
ſacias: verum ne culpam poſt conſeras in
me. *Ch.* Non faciam. *P.* Iubesne? *Ch.*
Iubeo, impero atque cogo: nunquam au-
ctoritatem defugiam. *P.* Sequere. *Ch.*
2. Deus bene vertat. *D. Mirum, hoc ſi ſic ab-
iret*: homo certe foras cum *comite* quati-
etur.

SECTIO III
eiusque
3. ## *COLLOQVIVM I*
ex act. 3. ſc. 1.

Thraſo, miles glorioſus. *Gnatho*, paraſitus.

Th. MAgnas vero gratias mihi *conſul*
4. agere? *Gn.* Ingentes. *Th.* Ain tu,
lætus eſt? *Gn.* Non tam ipſo quidem dono,
quam abs te datum eſſe: id vero ſerio trium-
phat. *Th.* Datum id profecto mihi eſt, vt
grata ſint, quæ facio, omnia. *Gn.* Aduer-
ti *ſane* animum. *Th.* Vel rex mihi maxi-
5. mas agebat ſemper, quidquid feceram: ali-
is non item. *Gn.* Gloriam alieno labore
magno partam verbis in ſe transmouet ſæ-
pe, qui habet ſalem, qui in te eſt. *Th.* Ha-
bes. *Gn.* Rex te ergo in oculis? *Th.* Sci-
licet. *Gn.* Geſtare? *Th.* Vero: omnem
cre-

Digitized by Google

credere exercitum, conſilia *omnia.* *Gn.* 1.
Mirum. *Th.* Tum ſicubi eum ſatietas hominum, aut ſi quando odium negotii ceperat, vbi volebat requieſcere: quaſi; noſtine? *Gn.* Scio: quaſi vbi miſeriam illam exſpueret ex animo. *Th.* Tenes. Tum me conuiuam ſolum ſibi abducebat. *Gn.* Hui, 2.
regem elegantem narras. *Th.* Immo: ſic homo perpaucorum hominum eſt. *Gn.* Immo nullorum, arbitror: ſi tecum viuit. *Th.* Inuidere omnes mihi, mordere clanculum: ego flocci pendere. Illi miſere inuidere: verum vnus tamen impenſe, quem præfece- 3.
rat elephantis Indicis. Is vbi magis moleſtus eſt: quæſo, inquam, Strato; eone ferox es, quod in belluas imperium habes? *Gn.* Pulchre *profecto* dictum et ſapienter: papæ, iugularas hominem. Quid ille? *Th.* Mutus illico *Gn.* Quid ni eſſet? *Th.* Quid 4.
illud, Gnatho: num quid dixi tibi, quo pacto *Batauum* in conuiuio tetigerim? *Gn.* Numquam: ſed narra, obſecro; plus millies audiui. *Th.* Vna in conuiuio erat hic, hic, quem dico, adoleſcentulus *Batauus*: *dicteria* dicere *in Hiſpanos* cœpit et me 5.
etiam irridere. Quid agis, inquam, homo impudens? Tute lepus es, et pulpamentum quæris. *Gn.* Ha, ha, he. *Th.* Quid eſt? *Gn.* Facete, lepide, laute: nihil ſupra. Tuumne, obſecro, hoc dictum erat? Vetus

cre-

Digitized by Google

1. credidi. *Th.* Audieras? *Gn.* Sæpe: et in primis fertur. *Th.* Meum eſt. *Gn.* Quid ille, quæſo? *Th.* Perditus: riſu omnes emori, qui aderant. Denique iam omnes metuebant me. *Gn.* Non iniuria. *Th.* Sed heus tu: purgone ego me conſuli de *Agrip-*
2. *pa*, quod *eum præferre* me *heri* ſuſpicatus eſt? *Gn.* Nihil minus: immo ſuſpicionem magis auge. *Th.* Cur? *Gn.* Rogas? ſciſne? Si quando ille *Tullii* facit mentionem, aut ſi laudat: vt te male vrat. *Th.* Sentio. *Gn.* Id vt ne fiat, hæc res ſola eſt remedio.
3. Vbi nominabit *Tullium*: tu *Agrippam* continuo. Si quando ille dicet, *Tullium* comiſſatum intromittamus: tu, *Agrippam* prouocemus *disputatum*. Si illius *res geſtas hic* laudabit: tu huius contra *iurisprudentiam*. Denique tu par pari referto *ſemper*, quod
4. *eum* remordeat. *Th.* Si quidem *illi nocere poſſem*, Gnatho: tum iſtud prodeſſet. *Gn.* Quando illud, quod tu das, exſpectat: iam dudum *nocere potes*; iam dudum illi facile fit, quod doleat; metuit ſemper, quem ipſe nunc fructum capit, ne quando
5. iratus alio tu conferas. *Th.* Bene dixiſti: at mihi iſtuc non in mentem venerat. *Gn.* Ridiculum: non enim cogitaras, Thraſo. Ceterum quanto tu hoc idem melius inueniſſes?

COL-

COLLOQVIVM II 1.

ex act. 3. ſc. 2.

Cornelius. Modeſtus. Thraſo. Gnatho. Nicolaus.

C. AVdire vocem *Thraſonis* videor: atque ecce eum, *Modeſte.* *M.* Video, et me tædet: *ſed recedam paullulum.* *C.* Salue, mi Thraſo: *ſalue.* *Thr.* O *Corneli mi*, 2.
quid agitur? ecquid noſtri memor es de *gladio donato*? *M.* Quam venuſte! quod dedit principium aduenjens! *C.* Plurimum merito tuo. *Gn.* Eamus ergo ad cœnam: quid ſtas? *M.* Hem alterum! ex Thraſone natum hunc dicas. 3.
C. Vbi vis, non moror. *M.* Adibo: atque adſimulabo, quaſi nunc *demum veniam.* Iturusne quopiam es, *Corneli*? *C.* Ehem, *Modeſte*, bene feciſti: *iam ibo cœnaturus cum Thraſone.* *M. Hic* dona *quædam* adſunt tibi ab *hero meo.* *Th.* Quid ſtamus? cur non 4.
imus hinc? *M.* Quæſo, vt, quod pace fiat tua, dare huic liceat, quæ *adfero*: et colloqui. *Th.* Perpuchra, credo, dona: noſtris haud ſimilia. *M.* Res indicabit. Ocyus procede huc, *Bernharde*, *et repone ciſtulam.* Ex *India* vsque hæc eſt. *Th.* Hic tres *de-* 5.
narii ſunt. *Gn.* Vix. *M.* Hem *cultrum* tibi. *C. Sane optimus* eſt. *M.* Quid tu ais, Gnatho? Num quid habes, quod contemnas? Quid tu autem, Thraſo? Tacent: ſatis laudant. Fac periculum in *pane*, fac

in

1. in *ligno*, in *oſſibus*. *Th*. Ego illum vel digi-
to, ſi opus ſit. *M*. Qui hæc miſit, *Corneli*:
non te viuere ſibi ſoli poſtulat, et ſua cauſſa
ceteros *negligi*; neque pugnas narrat, ne-
que oſtentat cicatrices, quod quidam facit.
Verum vbi moleſtum non erit, vbi tu voles,
2. vbi tempus tibi erit: ſat habet, ſi tum *tuo v-
ti conſilio poteſt*. *Th*. Pauperis eſſe hunc
miſerique domini ſeruum, apparet. *Gn*.
Nam nemo *ſane*, ſat ſcio, perpeti hunc poſ-
ſet: qui haberet, *vnde* pararet alium. *M*.
Tace tu, quem ego eſſe infra homines o-
3. mnes puto: nam e flamma petere te cibum
poſſe arbitror, qui huic adſentari animum
induxeris. *Th*. Iamne imus? *C*. Hæc pri-
us *intro auferam* et, quæ volo, ſimul impe-
rabo: poſt continuo exeo. *Th*. Ego hinc
abeo: tu iſt*um* opperire, *Gnatho*. *M*. Haud
4. conuenit *ſine ſeruo te* ire in viam. *Th*. Quid
multa tibi ego dicam? domini ſimilis es.
Gn. Ha, ha, he. *Th*. Quid rides? *Gn*. Iſtud
quod dixiſti modo; et illud de *Batauo* di-
ctum quum in mentem venit. Sed exit *Cor-
nelius*. *Th*. Abi, præcurre: vt parata do-
5. mi ſint. *Gn*. Fiat. *C* Fac diligenter cures,
Nicolae, ſi forte *Fridericus* huc aduenerit,
vt ores primum, vt maneat: ſi id non eſt
commodum, vt redeat: ſi id non poterit,
adducito ad me. *N*. Ita faciam. *C*. Quid?
quid volui dicere aliud? Hem *puernm* i-

ſtum

Digitized by Google

ſtum diligenter curate: domi adſitis, facite. 1.
Th. Eamus.

COLLOQVIVM III
ex act. 3. ſc. 3.

Fridericus. Nicolaus.

Fr. PRofecto, quanto magis magisque co- 2.
gito, nimirum dabit mihi *hic Cornelius* malum magnum: ita aſtute labefactari me ab *eo* video. Iam tum, quum primum iuſſit me ad ſe arceſſi (roget quis, quid tibi cum illo? ne noram quidem); vbi veni:
cauſſam, vt ibi maneret, reperit; ait, rem 3.
diuinam feciſſe et rem ſeriam velle mecum agere. Iam tum erat ſuſpicio, dolo malo hæc omnia fieri. Ipſe mecum accumbere, mihi dare ſeſe, ſermonem quærere. Vbi friget: huc euaſit, quam pridem pater mihi et ma-
ter mortui eſſent. Dico, iam diu. Rus ec- 4.
quod *Halæ* habeam, et quam longe a *Sala*. Credo ei placere hoc: *et id agi, vt* a me auell*at*. Poſtremo, ecqua inde parua ſoror periſſet: ecquis cum ea vna: quid habuiſſet, quum per*iret*: ecquis eam poſſet no-
ſcere. Hæc cur quæritet: niſi forte, quæ 5.
olim periit ſoror paruula, hanc *apud ſe* eſſe intendit; vt eſt audacia. Verum ſi viuit ea, annos nata eſt ſedecim, non maior: *quam autem in ædibus illius vidi*, maiuſcula eſt, quam ego ſum. Miſit porro ſerio orare, vt

ve-

Digitized by Google

1. venirem. Aut dicat, quid vult: aut moleſtus ne ſit. Non *ſane* veniam tertio. Heus, heus. *N.* Quis hic eſt? *Fr.* Ego ſum *Fridericus.* *N.* O capitulum lepidiſſimum! *Fr.* Ego dico, inſidias mihi fieri. *N.* Maximo te opere orabat *herus*, vt cras redires.
2. *Fr.* Rus eo. *N.* Fac, amabo. *Fr.* Non poſſum, inquam. *N.* At apud nos hic mane, dum ipſe redeat. *Fr.* Nihil minus. *N.* Cur, mi *Friderice*? *Fr.* *In* malam rem hinc abis? *N.* Si ita certum tibi iſtuc eſt: amabo, vt illuc transeas, vbi ille eſt. *Fr.* Eo. *N.*
3. Abi, *Bernharde*: cito hunc deduc ad *herum.*

COLLOQVIVM IV

ex act. 3. ſc. 4.

Antonius. Lælius.

4. *A.* QVid *ita ſurſum deorſum curſitas, Læli?* *L.* Heri adoleſcentuli aliquot coiimus in *ſuburbio*, vt de ſymbolis in hunc diem eſſemus. *Franciſcum* ei rei præfecimus: dati annuli: locus, tempus conſtitutum eſt. Tempus præteriit: quo in loco
5. dictum eſt, nihil eſt parati. Homo ipſe nuſquam eſt: neque ſcio, quid dicam, aut quid coniectem. Nunc mihi hoc negotii ceteri dedere, vt quæram illum: idque adeo viſam, ſi domi eſt. *A.* Quiſnam hic exit à *Paullino*? is eſt, an non eſt? ipſe eſt. *L.*

Digitized by Google

Quid hoc hominis? qui *nouus* hic *et inſolens* ornatus eſt? quid illud mali eſt? Nequeo ſatis mirari, neque coniicere. *Sed* quidquid eſt: procul hinc *à via publica* ſciſcisari prius, quid ſit, libet.

COLLOQVIVM V.
ex act. 3. ſc. 5.

Lælius. Franciſcus.

L. SAlue, *Franciſce.* *Fr.* Et tu ſalue, *Læ-
li*: nemo omnium eſt, quem ego ma-
gis nunc, quam te, cuperem. *L.* Quid eſt,
quod ſic geſtis? quid ſibi hic veſtitus quæ-
rit? quid vis tibi? ſatisne ſanus? quid me
adſpectas? quid taces? Narra, quæſo, quid
ſit. *Fr.* Immo ego te ſane obſecro, vt audi-
as. Noſtine *hunc*, quem *Lipſia* ſecum *huc*
adduxit frater? *L.* Noui: nempe *Manilium*
opinor. *Fr.* *Iſtum* ipſum. *L.* Sic com- 4.
memineram. *Fr.* Veſtis hodie *mihi* dono
data eſt *ab eo.* Quid ego tibi nunc *concin-
nitatem* eius prædicem aut laudem? Ipſum
noſti me, quam curioſus ſim *et* elegans *mun-
ditiei* ſpectator: in hac commotus *ita* ſum,
vt conſimilem *vidiſſe vix meminerim.* *L.* 5.
Ain tu? *Fr.* *Optimam* dices, ſcio: ſi videris.
L. Sed vbi *ruſticum* hunc veſtitum nactus *es*,
quo indutum te iam video? *Fr.* Quid multa
verba, *Læli?* Submonuit me *Henricus no-
ſter*, quod ego arripui. *L.* Quid id eſt?

Fr.

Digitized by Google

1. *Fr.* Vt veſtem cum *vicini noſtri ſeruo* mutem
et pro illo me *ad Paullinum hoc rerum ſtatu*
conferam. *L.* Pro *ſeruone*? Fr. Sic eſt. *L.*
Quid tandem ex ea re vt caperes commodi?
Fr. Tace, ſis: citius audies. *L.* Sed inte-
rim de ſymbolis quid actum eſt? *Fr.* Para-
2. tum eſt. *L.* Frugi es. Vbi? domine? *Fr.*
Non: ſed apud *Roſcium.* *L.* Perlonge eſt.
Fr. Sed tanto ocyus properemus. *L.* Mu-
ta *prius* veſtem. *Fr.* Vbi mutem? Nam
domo *certis de cauſſis* exſulo nunc: metuo
patruum, ne intus ſit; porro autem, ne pa-
3. ter iam rure redierit. *L.* Eamus ad me:
ibi proximum eſt, vbi mutes. *Fr.* Recte
dicis. Eamus: forte *ſeruus* apud *te ita*, *vt*
iuſſi, *me exſpectat iam*; et de *patruo* ſimul,
quo pacto *ei* poſſim *reconciliari*, conſilium
vna tecum capere volo. *L. Sed quanam re*
4. *patruum ita offendiſti*, *vt reconciliatione gra-*
tiæ opus ſit? Fr. Heſterna luce rus parentes
abierunt: et paullo poſt male habere cœpit
frater. Hinc medico iubente lauatum hodie
arceſſitur: it, lauit, redit: deinde ill*um* in le-
cto collocarunt *fratres ceteri.* Sto exſpe-
5. ctans, ſi quid mihi imperent. Venit *natu*
maximus: heus tu, inquit, *Franciſce*; cape
hoc flabellum, ventulum huic ſic facito, dum
lauamus; vbi nos lauerimus, ſi voles, *et tu*
lauato. Lubens accipio. Vix *autem* elo-
cut*us* hoc eſt: ſimul foras ſe omnes proru-

unt; abeunt lauatum; perſtrepunt ita, vt 1.
ſit, vbi abſunt *parentes*; ego vero ſolus cum
ſolo in interiore parte maneo. Interea *fra-
trem* ſomnus opprimit: ego ſtatim circum-
ſpecto *omnia*, ſatisne explorata ſint; video
eſſe; obdo oſtio peſſulum *et abeo. Dum ab-
ſum, frater expergiſcit: et, quum nemo* circum
*illum eſſet; primo clamat, quantum poteſt; tan-
dem ſurgere coactus ſic humi procumbit, vt ſe-
mi animis paullo poſt inuentus ſit. L. Sane
haud* parua cauſſa eſt, *cur patruus tibi ſuccen-
ſeat, Franciſce*: conſimilem *fere* ludum *Hen-
ricus noſter anno ſuperiore* mihi luſerat. *Sed
quid audio? tonatne? Fr.* Sic eſt, *Læli: tonat.
L. Ergo vix conſultum erit* ad *Roſcium* hinc
ire. *Fr. Quid ni?* Adib*imus* atque ab eo
hanc gratiam inibimus. *L. Ego vero* deum
potius timendum, cenſeo, qui ſumma cæli
templa *tanto* ſonitu concutit. *Ecce, fulgu-* 4.
rat etiam: mane*bimus hic* apud *me*. *Fr.* Fiat.

SECTIO IV.

eiusque

COLLOQVIVM I

ex act. 4. ſc. 1. 5.

Chriſtophorus. Sextus.

Ch. H*Erum tuum cœnare apud centurio-
nem audio, mi Sexte. S. Ita quidem eſt,
Chriſtophore*: ſed quantum ego *militem* vi-
di;

1. di; nonnihil timeo, ne quam hodie turbam *hero* aut vim inſanus faciat. *Ch. Quid ita?* *S.* Advenit *eo Martinus* adoleſcens, frater *conſulis*: *vnde* militem rogat *herus*, vt admitti illum iubeat. Ille continuo iraſci, neq; negare audere. *Herus* porro inſtare, vt ho-
2. minem inuitet: id illius retinendi cauſſa faciebat; quia, quæ de ſorore eius cupiebat indicare, ad eam rem tempus non erat. Inuitat triſtis: manſit ibi: *herus* cum illo ſermonem occipit. Miles vero adductum ſibi ante oculos fratrem *adverſatricis* putare:
3. voluit contra ægre huic facere; heus, heus, inquit, puer, huc *tympanotribam meum* arceſſe, vt nos hic delectet. *Herus* exclamat: minime gentium; tune *ad nos* illum? Miles tendere inde ad iurgium. Interea *gladium* ſibi clam demit *herus*; dat mihi, vt aufe-
4. ram *cum pileo*: hoc ſigni eſt, vbi primum poterit, ſeſe illinc ſubducet; ſcio.

COLLOQVIVM II

ex act. 4. ſc. 2.

Philippus. Franciſcus.

5. *P.* VNde tu nobis hic ades, Franciſce? Ego totum te biduum putabam abfuturum. *Fr.* Dum rus eo: cœpi egomet mecum inter vias ita, vt fit, vbi quid moleſtiæ in animo eſt, aliam rem ex alia cogitare; et ea

omnia in peiorem partem. Quid opus eſt 1.
verbis? Dum puto hæc: imprudens villam
prætereo. Longe iam abieram, quum ſen-
ſi: redeo rurſum, male vero me habens.
Vbi ad ipſum veni diuerticulum: conſtiti.
Occepi mecum cogitare: Hem biduum hic
manendum ſoli eſt ſine *patruo*, quid tum 2.
poſtea? nihil eſt. quid? nihil? ſi non *com-
pellandi* copia eſt; eho, ne videndi quidem
erit? ſi illud non licet, ſaltem hoc licebit.
Villam ſciens prætereo: *et ecce, iam adſum.*
Sed quid hoc, *Philippe*, quod *adeo* timida *et
tam* ſubito *ſoror mea* egreditur? *Ph. Sane* 3.
haud nihil eſt: *accedam, vt ſciamus.*

COLLOQVIVM III
ex act. 4. ſc. 3.

Vlricus. Erneſtus. Robertus.

V. VBi miſer ego inueniam ſceleroſum 4.
illum atq; impium, aut vbi quæram?
hoccine tam audax facinus facere auſum
eſſe? *E.* Perii: hoc quid ſit, vereor. *V.* Quin
inſuper etiam *ſcelus*, poſtquam *verberauit
puerulum*, veſtem omnem miſero diſcidit.
E. Hem. *V.* Qui ſi nunc detur mihi: vt 5.
facile vnguibus ego venefico illi in oculos
inuolem? *E.* Neſcio profecto, quid abſente
me turbatum domi eſt. Adibo. Quid
iſtuc? quid feſtinas aut quem quæris, *Vlri-
ce*? *V.* Hem, *Erneſte*: egone quem quæram?
Abi

Digitized by Google

1. Abi hinc, quo dignus es cum *puero* tuo tam
ſcelerato. *E.* Quid iſtuc rei eſt? *V.* Rogas
me? Quem nobis *commendaſti puerum*, quas
turbas dedit? *Puerulum verberauit*: et *gal-
linam*, quam herae dono dederat *vicinus*, *ne-
cauit*. *E.* Quid ais? *V.* Perii. *E.* Temu-
2. lentus es. *V.* Vtinam ſic ſint, qui mihi male
volunt. *R.* Au, obſecro, *mi Vlrice*: quidnam
iſtuc monſtri fuit? *E.* Inſanis: qui iſtuc fa-
cere *puer* potuit? *V.* Ego, qui *potuerit*, ne-
ſcio: hoc, quod fecit, res ipſa indicat. *Pu-
erulus* lacrimat; neque, quum rogites, *re-
3. cuſabit* dicere: ille autem vir bonus nuſ-
quam apparet. Etiam hoc miſer ſuſpicor,
abſtuliſſe aliquid abeuntem domo. *E.* Ne-
queo ſatis mirari, quo abire *ſceleſtus* ille poſ-
ſit longius: niſi domum forte ad nos rediit.
V. Viſe, amabo, num ſit. *E.* Iam faciam:
4. ſcies. *R.* Perii, obſecro: tam infandum
facinus ne audiui quidem. *V.* At ego *ne-
quam* eſſe *eum* audieram; verum non in
mentem venerat miſero; nam illum aliquo
concluſiſſem, neque illi commiſiſſem do-
mum.

5. *COLLOQVIVM IV*

ex act. 4. ſc. 4.

Erneſtus. Puer. Vlricus. Robertus. Beniamin.

E. EXi foras, ſceleſte. At etiam reſtitas,
fugitiue? Prodi, male *commendate*.

P. Obſecro. *E.* Oh! illud vide, vt os diſtorſit ſibi carnifex. Quid huc reditio eſt? quid veſtis mutatio eſt? quid narras? Paullulum ſi ceſſaſſem, *Vlrice*: domi non offendiſſem; ita iam ornarat fugam. *V.* Habesne *nebulonem*, amabo? *E.* Quid ni? *V.* O factum bene! *R.* Iſtuc *ſane* vero bene. *V.* Vbi eſt? *E.* Rogitas? non vides? *V.* Videam? quem, obſecro? *E.* Hunc ſcilicet. *V.* Quis hic *puer*? *E.* Qui ad vos *miſſus* hodie eſt. *V.* Hunc quisquam *noſtrum* oculis ſuis numquam vidit, *Erneſte*. *E.* Non vidit? *V.* An tu hunc, obſecro, ad nos *miſſum* eſſe credidiſti? *E.* Namque alium habui neminem. *V.* Au, ne comparandus quidem hic ad illum eſt: ille honeſta facie erat et liberali. *E.* Ita viſus eſt, quia varia veſte exornatus fuit: nunc tibi fœdus videtur, quia illam non habet. *V.* Tace, obſecro: quaſi vero paullum interſit. Ad nos miſſus hodie eſt *puer*, quem tu videre vero velles, *Erneſte*: hic *ſordidus* eſt, vietus, veternoſus, colore muſtellino. *E.* Hem, quæ hæc eſt fabula? Eo me redigis, vt, quid egerim, egomet neſciam. Eho tu, *miſine* ego te? P. *Miſiſti.* *V.* Iube, mihi denuo reſpondeat. *E.* Roga. *V.* Veniſtine hodie ad nos? negat. At ille alter venit, annos natus *quatuor*decim, quem ſecum adduxit *Varus*. *E.* Agedum, hoc mihi expedi: primum, vnde habes

1. habes iſtam, quam habes, veſtem? taces? monſtrum hominis! non dicturus? *P.* Venit *Arnoldus.* *E. Vicini filius? P.* Ita eſt. *E.* Quando? *P.* Hodie. *E.* Quam dudum? *P.* Modo. *E.* Quicum? *P. Cum Titio, conſulis famulo.* *E.* Noraſne eum prius? *P.*
2. Non: nec, quis eſſet, vmquam dici audieram. *E.* Vnde igitur *vicini filium* ſciebas eſſe? *P. Titius* dicebat eſſe eum: is mihi hanc dedit. *E.* Occidi. *P.* Meam ipſe induit: poſt vna ambo abierunt foras. *V.* Iam ſatis me ſobrium credis eſſe, et nil men-
3. titum tibi? iam ſatis certum eſt, *puerulum verberatum, gallinam necatam? E.* Age nunc, *ſtolide*: credis huic, quod dicat? *V.* Quid iſti credam? res ipſa indicat. *E.* Concede, *puer,* iſtuc paullulum: ſat eſt. Dic dum hoc rurſum: *Arnoldus*ne veſtem tuam
4. detraxit tibi? *P.* Factum. *E.* Et ea indutus eſt? *P.* Factum. *E.* Et pro te huc *iuit*? *P.* Ita. *E.* O ſceleſtum atque audacem hominem! *V.* Etiam nunc non credis, nos indignis modis *læſos* eſſe? *E. Ego ſane, quid dicam aut* quid agam, neſcio: *adeo incredi-*
5. *bilia mihi videntur, quæ ex nebulone iſtoc audio. Accede, nebulo*: poſſumne ego hodie ex te verum exſculpere? Vidiſtine *Arnoldum*? *P.* Non. *E.* Modo ait, modo negat: non poteſt ſine *baculo* fateri. *Parumper me hic opperimini*: *tu vero* ſequere me hac. *P.*

 Ob-

Digitized by Google

Obſecro te, *Erneſte*. *E.* I intro nunc iam: 1
tu me hic ludificabere, nebulo? *R.* Alio pa-
cto, honeſte quomodo hinc nunc abeat, ne-
ſcit: ſiquidem actum eſt. *V. Titii* tam
ſcio eſſe technam hanc, quam me viuere. *R.*
Sic eſt. *V.* Inueniam certe hodie, vbi pa-
rem gratiam referam. Sed nunc quid fa- 2.
ciendum cenſes, *Roberte*? *R.* De *puerulo et*
gallina me rogas? *V.* Ita: vtrum taceam, an
prædicem. *R.* Tu *certe* ſi ſapis: quod ſcis,
neſcis; neque de *puero*, neque de *iactura*
gallinæ. Hac re et te omni turba euoluis:
et illi gratum feceris. Id modo dic, *pue-* 3.
rum abiiſſe. *V.* Ita faciam. *B. Ah, fru-*
ſtra eſtis: quum inde *modo ab Erneſto* abeo,
iam turba inter eos cœperat.

COLLOQVIVM V.

ex act. 4. ſc. 5. 4.

Martinus. Sextus.

M. AT at, data *profecto* mihi verba ſunt:
vicit vinum, quod bibi. Ac dum
accubabam, quam pulchre mihi eſſe ſobrius
videbar: poſtquam ſurrexi, neque pes ne-
que mens ſuum ſatis officium facit. *S. Mar-* 5.
tine. *M.* Quis eſt? Ehem, *Sexte*: vah, quan-
to nunc alacrior videris, quam dudum?
S. Certe quidem tu multo *facundior*. *M.*
Verum *ſane* verbum hoc eſt: *Fecundi cali-*
ces quem non fecere diſertum? Sed *herus*
mul-

1. multo ante venit? *S.* An abiit iam a milite?
M. Iam dudum ætatem: maximæ inter eos
lites factæ ſunt. *S.* Nil tum dixit, vt ſe-
quereris ſeſe? *M.* Nihil, niſi abiens mihi in-
nuit. *S.* Eho, nonne id ſat erat? *M.* At
ill*um* id dicere, neſciebam: niſi quia corre-
2. xit miles, quod minus *ego* intellexi; nam
foras extruſit me. Sed ecc*e*, ip*ſum eum*
video: miror, vbi huic ego anteuerterim.

COLLOQVIVM VI

ex act. 4 ſc. 6.

3. *Cornelius. Martinus. Sextus.*

C. CRedo equidem, iam adfuturum eſſe
centurionem, vt *contumeliam a Mar-
tini ſorore acceptam vindicet.* Sine veniat:
atqui ſi illam digito vno attigerit, oculi illi-
co effodientur. Vsque adeo ferre ego in-
4. eptias illius et magnifica verba poſſum, dum
verba ſunt: verum enim ſi ad rem conferen-
tur, vapulabit. *M. Corneli*, ego iam dudum
hic adſum. *C.* O mi *Martine*, te ipſum ex-
ſpectabam. Scisne tu, propter te factam
eſſe turbam hanc, et adeo ad te hanc omnem
5. rem attinere? *M.* Ad me? qui? quaſi iſtuc?
C. Quia, dum ſororem *tuam* defendere ſtu-
deo, hæc atque multa huiusmodi paſſ*us*
ſum. *M.* Vbi ea eſt? *C.* Domi apud me.
M. Ehem. *C.* Quid eſt? Ita *geſſit ſe*, vt te
illaque dignum eſt. *M.* Quid ais? *C.* Id,
quod

quod res eſt. Simul dono tibi do *ciſtellam* 1.
pratioſam, haud ita pridem furto tibi ablatam. *M. Quo pacto in tuas illa manus incidit?* *C. Emit eam his diebus centurio ab homine ignoto: et paullo poſt ad fabrum aurarium mittit, vt reparetur.* *Ibi agnita et me iubente huc deportata eſt.* *Nunc* reddo tibi, 2.
vt æquum eſt: neque abs te pro illa quidquam pretii repeto. *M.* Et habetur et refertur tibi a me ita, vt meritus es, gratia. *C.* At enim caue, ne prius, quam a me accipias hanc, amittas: nam hæc ea eſt, quam vi ereptum nunc a me miles venit. Abi tu, *Se-* 3.
xte: *et* ciſtellam *huc* adfer. *M.* Videsne tu illum, *Corneli?* *S.* Vbi ſita eſt? C. In riſco: odioſe, ceſſas? *M.* Quantas ad te copias adducit ſecum? At, at! C. Obſecro, mi homo: num formidoloſus es? *M.* Apage ſis: egone formidoloſus? Nemo hominum, 4.
qui viuat, minus eſt. C. Atque ita opus eſt. *M.* Hau, metuo, qualem tu me eſſe hominem exiſtimes. C. Immo hoc cogitato: quicum res eſt tibi, peregrinus eſt; minus potens quam tu, minus notus, amicorum hic habens minus. *M.* Iſtuc ſcio: ſed quod 5.
cauere tu poſſis, ſtultum eſt admittere. Malo ego nos proſpicere, quam hunc accepta iniuria vlciſci. Abi tu atque oſtium intus obſera, dum ad forum ego hinc transcurro: aduocatos nobis hic in turba hac adeſſe vo-

lo.

1. lo. *C.* Mane. *M.* Melius eſt. *C.* Mane. *M.* Omitte: iam-adero. *C.* Nihil iſtis opus eſt, *Martine*: hoc dic modo, *ciſtellam* illam tuam eſſe, et te *bis diebus furto* amiſiſſe, nunc cognouiſſe; ſigna oſtende. *S.* Adeſt. *C.* Cape. Si vim faciet, in ius homi-
2. nem ducito; intellexiſtine? *M.* Probe. *C.* Fac, præſenti hæc animo dicas. *M.* Faciam. *S.* Perii: huic ipſi opus eſt patrono, quem defenſorem parat.

COLLOQVIVM VII
ex act.4.ſc.7.

3. *Thraſo. Gnatho. Martinus. Cornelius. Sanga*, ſeruus Thraſonis.

Th. HAnccine ego contumeliam tam inſignem in me vt accipiam, Gnatho? Mori me ſatius eſt. Simalio, Dorax,
4. Syriſce, ſequimini: primum ædes expugnabo. *Gn.* Recte. *Th.* *Ciſtellam* eripiam. *Gn.* Probe. *Th.* Male multabo virginem. *Gn.* Pulchre. *Th.* In medium huc agmen cum vecti, Dorax: tu, Simalio, in ſiniſtrum cornu: tu in dextrum, Syriſce. Cedo
5. alios: vbi eſt Sanga *decurio*, et manipulus furum? *S.* Ecce eum, adeſt. *Th.* Quid, ignaue? peniculone cogitas pugnare, qui iſtum huc portes? *S.* Egone? Imperatoris virtutem noueram et vim militum: ſine ſanguine hoc non poſſe fieri. Qui abſtergerem

vul-

vulnera? *Th.* Vbi alii? *S.* Qui, malum, 1.
alii? Solus Sannio domi ſeruat. *Th.*
Tu hoſce inſtrue: ego hic ero poſt prin-
cipia: inde ſignum dabo omnibus. *Gn.*
Illuc eſt ſapere: vt hosce inſtruxit, ipſe
ſibi cauit loco. *Th.* Idem hoc Pyrrhus
factitauit. *M.* Videsne tu, *Corneli*: 2.
quam hic rem agit? Nimirum rectum illud
eſt de concludendis ædibus conſilium. *C.*
Sane, quod vir tibi nunc eſſe videatur, hic
nebulo magnus eſt: ne metuas. *Th.* Quid
videtur? *Gn.* Fundam tibi nunc nimis vel-
lem dari, vt tu procul hinc ex occulto illos 3.
cæderes: facerent fugam. *Th.* Sed ecce
Cornelium ipſum video. *Gn.* Quam mox
irruimus? *Th.* Mane: omnia prius experiri
verbis, quam armis, ſapientem decet. Qui
ſcis, an ſine vi faciat, quæ iubeam? *Gn.* O
quanti eſt ſapere! ad te accedo numquam, 4.
quin abs te abeam doctior. *Th.* *Corneli*, pri-
mum hoc reſponde mihi. Quum te ad cœ-
nam voco: cur ante oculos coram adduxi-
ſti mihi *aduerſatricis meæ* fratrem: *C.* Quid
agas cum illo? *Th.* Et cum eo clam ſubdu-
xiſti te mihi? *C.* Libuit. *Th.* Ergo *ciſtel-* 5.
lam huc redde: niſi ſi mauis eripi. *M.* Ti-
bi illam reddat? aut tu eam repetas omni-
um? *Gn.* Ah, quid agis? tace. *Th.* Quid
tu vis tibi? ego meam non *repetam*? *M.*
Tuam autem, furcifer? *Gn.* Caue, ſis: ne-
ſcis,

1. ſcis, cui nunc viro maledicas. *M.* Non tu
hinc abis? Sciſne tu, vt ſe res tibi habeat?
ſi quidquam turbæ hic cœperis hodie: faci-
am, huius loci dieique meique ſemper me-
mineris. *Gn.* Miſeret me tui, qui hunc tan-
tum hominem tibi inimicum facias. *M.* Ca-
2. put ego tuum hodie diminuam, niſi abis. *Gn.*
Ain vero, canis? ſiccine agis? *Th.* Quis tu
homo es? quid vis tibi? quid cum illa tibi
rei eſt? *M.* Scies. Principio eam eſſe ſo-
rorem meam dico. *Th.* Hem. *M.* Et
ciſtellam eſſe meam. *Th.* Hui. *M.* *Furto*
3. *mihi* ereptam. *Th.* Os durum. *M.* Nunc
adeo edico tibi, miles, ne vim vllam facias
neque in illam *neque in nos.* *Th.* Tune me
prohibeas, ne, *quod emi*, *repetam?* *M.* Pro-
hibeo, inquam. *Gn.* Audiſne tu? hic
furti *te* alligat. *Th.* Hoc idem tu ais, *Cor-*
4. *neli?* *C.* Quære *tibi*, qui reſpondeat. *Th.*
Quid nunc agimus, *Gnatho*? *Gn.* Quin rede-
amus: iam hic tibi vltro aderit ſupplicans.
Th. Credisne? *Gn.* Immo certe. Noui in-
genium *iſtorum hominum*: nolunt, vbi velis;
vbi nolis, vltro cupiunt. *Th.* Bene putas.
5. *Gn.* Iam exercitum dimitto. *Th.* Vbi vis.
Gn. Sanga: ita, vt decet fortes milites, do-
mi focique fac viciſſim vt memineris. *S.* Iam
dudum animus eſt in patinis. *Gn.* Frugi es.
Th. Vos me hac ſequimini.

Digitized by Google

SECTIO V 1

eiusque

COLLOQVIVM I

ex act. 5. ſc. 1.

Andreas, herus. *Vlricus*, ſeruus. 2

A. PErgisne mecum perplexe loqui, ſce-
leſt*e*: ſcio, neſcio, abiit, audiui, ego
non adfui? Non tu aperte mihi iſtuc es di-
cturus, quidquid eſt? *Filiolus* conſciſſa ve-
ſte lacrimans obticet: puer abiit. Quam
ob rem? quid factum eſt? taces? *A.* Quid 3
dicam tibi miſer ego? Illum negant fuiſſe
puerum, ab Erneſto nobis commendatum. A.
Quis igitur fuit? *V.* Iſte *Arnoldus.* *A.* Qui
Arnoldus? V. Filius *Bernhardi.* *A.* Quid
ais, venefic*e*? *V.* Atqui certo comperi. *A.*
Quid is, obſecro, ad nos? quam ob rem 4
adductus eſt? *V.* Neſcio, niſi *odiſſe* pueru-
lum *credo.* *Inſuper gallinam necauit. A.* O
ſceleſtum: ſi quidem tu vera iſtæc prædicas!
Num id *vxor* lacrimat? *V.* Id opinor. *A.*
Quid ais, ſacrileg*e*? iſtuccine interminatus
tibi ſum hinc abiens? *V.* Quid facerem? I- 5
ta, vt iusſiſti, ſoli *domus* credita eſt. *A.* Sce-
leſt*e*, ouem lupo commiſiſti. Dispudet, mi-
hi ſic data verba eſſe. *V. Here mi*, tace:
tace, obſecro: ſalui ſumus, hominem ipſum
habemus. *A.* Vbi is eſt? *V.* Hem ad ſini-

ſtram

Digitized by Google

1. ſtram. Non vides? En. *A.* Video. *V.* Comprehendi iube, quantum poteſt. *A.* Quid illi facias, ſtulte? *V.* Quid faciam, rogas? Vide, amabo, ſi non impudens videtur, quum adſpicias. *A. Video.* *V.* Tum, quæ eius confidentia eſt.

2. ## COLLOQVIVM II
ex act. 5. ſc. 2.

Conradus. Tullius. Petrus.

C. APud *Henricum* vterque, pater et matér, quaſi dedita opera domi erant:
3. vt nullo modo poſſem introire, quin viderent me. Interim dum ante oſtium ſto, notus quidam mihi obuiam venit. Vbi vidi: ego me in pedes, quantum queo; in angiportum quoddam deſertum, inde item in aliud, inde in aliud. Ita fugitando fui mi-
4. ſerrimus, ne quis me cognoſceret. Sed eſtne *hic Tullius*, quem video? Ipſe eſt: hæreo, quid faciam. Quid mea autem? quid mihi faciet? *T.* Adeamus, *Petre.* Bone vir, *Conrade*, ſalue: dic mihi, aufugiſtine? *C. Tulli*, factum. *T.* Satisne id placet ti-
5. bi? *C.* Non. *T.* Credisne, te impune habiturum? *C.* Vnam hanc noxiam mitte: ſi aliam vnquam admiſero vllam, *punito.* *T.* Num ſæuitiam meam veritus es? *C.* Non. *T.* Quid igitur? *C.* *Petrum hunc*, ne criminaretur me tibi. *T.* Quid feceras? *C.* Paul-

F lu-

Digitized by Google

lulum quiddam. *P.* Eho paullulum, impu- 1.
dens? An paullulum eſſe hoc videtur tibi,
cultro contubernalem petere? C. Baculum
eſſe credidi. *P. Baculum?* Vix me conti-
neo, quin in capillum inuolem. Monſtrum
etiam vltro deriſum *nos* aduenit. *T.* Ab-
isne hinc, inſan*e? P.* Quid ita vero? De- 2.
beam, credo, iſti furcifero quidquam, ſi id
fecerim: præſertim quum *alapas etiam im-
pegerit homini? T.* Miſſa hæc faciemus.
Non te dignum feciſti, *Conrade*: nam ſi
Fridericus maxime dignus hac contumelia,
vt tu putas, eſſet; at tu indignus, qui face- 3.
res, tamen. Neque *ſane*, quid conſilii nunc
de iſt*oc iuuene* capiam, ſcio: ita conturbaſti
mihi rationes omnes, vt e*um* non poſſim ſuis
ita, vt æquum fuerat atque vt ſtudui, trade-
re; vt ſolidum hoc mihi beneficium pare-
rem. *C.* At nunc æternam dehinc inter 4.
nos fore gratiam ſpero. Sæpe ex huiusmo-
di re quapiam et ex malo principio magna
familiaritas conflata eſt. Quid, ſi hoc deus
voluit? *T.* Equidem in eam partem et acci-
piam et volo. *C.* Immo ita, quæſo. Vnum
hoc ſcito, non contumeliæ cauſſa me feciſſe, 5.
ſed *indignationis. T.* Scio: et propter-
ea magis nunc tibi ignoſco. Non adeo in-
humano ſum ingenio, neque tam imperitus,
vt, quid ira valeat, neſciam. *P. Sane* ab i-
ſtoc cauendum tibi intelligo, *mi Tulli. C.*

Ta-

Digitized by Google

1. Tace. *P*. Nihil quidquam credo tibi. *T*. Deſinas. *C*. Nunc te in hac re oro, vt mihi adiutor ſis: ego tuæ me fidei *prorſus* commendo et committo; te mihi cupio patronum. *T*. Tamen: ſi pater? *C* Quid? ah, volet; certo ſcio: *modo rem omnem cogno-*
2. *uerit*. *T*. Si paullulum vis opperiri, iam ipſe frater *iuuenis* hic aderit: ſororem arceſſitum iuit: in *componenda hac lite omnes* ader*unt*. *C*. Ego vero maneo. T. Visne interea, dum is venit, domi opperiamur potius, quam hic ante oſtium? *C*. Immo per-
3. cupio. *P*. Quam tu rem, obſecro, actur*us* es? T. Nam quid ita? *P*. Rogitas? hunc tu in ædes cogitas poſthac tecipere? T. Cur non? *P*. Credo hoc fidei meæ: denuo hic aliquam pugnam dabit. T. Au, tace, obſecro. *P*. Parum perſpexiſſe eius audaciam
4. vider*is*. *C*. Non faciam, *Petre*. *P*. Non credo, *Conrade*: niſi, ſi commiſſum non erit. C. Quin, *Petre*, tu me ſeruato. *P*. Neque ſeruandum tibi dare quidquam auſim, neque te ſeruare: apage te. T. Optime adeſt ipſe frater. C. Perii *ſane*. Ob-
5. ſecro, abeamus intro, *Tulli*: nolo, me in via cum hac veſte videat. T. Quam ob rem tandem? an, quia pudet? *C*. Id ipſum. *P*. Id ipſum? *Fridericus* vero? T. I præ, ſequor: tu iſtic mane, *Petre*; vt *fratrem* introducas.

COLLOQVIVM III

ex act.5.ſc.3.

Dauus. Herus.

D. QVid? quid venire nunc mihi in mentem poſſit? quidnam? qui referam ſacrilego illi gratiam, *qui hunc nobis luſum* 2.
luſit? *H.* Moue te ocyus, *Daue.* *D.* Moueo. *H.* Video: ſed nihil promoues. *D. Facta, transacta omnia.* *H.* Iamne oſtendiſti *vicino res inuentas?* *D.* Omnes. *H.* Amabo, quid ait? cognoſcitne? *D.* Ac memoriter. *H.* Bene narras: nam faueo *viro* 3.
illi. *D. Putasne vero, furto hæc fuiſſe ablata?* *H. Ita puto.* *D. Non dubium eſt, quin Manilius hæc omnia in ouile noſtrum proiecerit, vt furti nos ſuſpectos redderet.* *H. Vix credo.* Sed ito intro: iam dudum hera *te* domi exſpectat. *D.* Ecce, incedere virum 4.
bonum, *Manilium,* video. Vide, vt otioſus it, ſi diis placet. Spero me habere, qui hunc meo modo excruciem. Ibo intro, vt, *quid hera velit,* ſciam: poſt exibo, atque hunc ſacrilegum perterrebo.

COLLOQVIVM IV 5.

ex act.5.ſc.4.

Rupertus. Sempronius.

R. QVid eſt, quod te tam ſero *hic video, Semproni?* *S.* Reuiſo, quidnam rerum ge-

1. gerat *Lælius.* *R. Hic* aſtu rem *hodie* tracta-uit. *S.* O quantam *ego* et quam veram *inde* laudem capi*am*! *R. Quid ita*? *S.* Vt mittam, quod ei *fauorem* difficillimum et *vtilisſimum* ab auaro *mercatore* ſine moleſtia, ſine ſumtu, ſine diſpendio confeci: tum
2. hoc alterum (id vero eſt, quod ego mihi palmarium puto) me reperiſſe, quomodo adoleſcentulus *nequiſſimorum paraſitorum* ingenia et mores poſſet noſcere; vt, quum mature cognorit, perpetuo oderit. Qui dum *inſidiari incauto incipiunt*; nihil vide-
3. tur *modeſtius* nec magis compoſitum quidquam, nec magis elegans: *ſed* quum *alieno ſumtu* cœnant, liguriunt. Horum ingluuiem, ſordes, inopiam videre; quam inhoneſti ſoli ſint domi atque cibi auidi; quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorent:
4. noſſe hæc omnia, ſalus adoleſcentulis eſt. *R. Itane tu ipſe es, qui Lælium abſtraxit a nobis*? Ego *ſane* te pro iſtis dictis et factis vlciſcar, ſcelus: vt ne impune in nos illuſeris.

COLLOQVIVM V.

5. *ex act.5. ſc.5.*

Mendax. Parmeno.

O Facinus fœdum! o adoleſcentulum infelicem! o ſceleſtum Parmenonem, qui iſtum huc adduxit! Miſeret me: itaque, vt ne viderem miſer huc foras effugi.

Quæ indigna in eum exempla futura ſunt! 1.
P. Quæ illæc turba eſt? adibo. Quid iſtuc, *Mendax*? quid ais? in quem exempla fient? *M.* Rogitas, audaciſſime? Perdidiſti illum, quem pro *hoſpite* adoleſcentulum adduxiſti: dum verba nobis dare ſtudes. *P.* Quid ita? aut quid factum eſt? cedo. *M.* Di- 2.
cam. *Cornelium iſtum, qui domi noſtræ* eſt, ſcisne eum hinc ciuem eſſe et fratrem eius apprime nobilem? *P.* Neſcio. *M.* Atqui ſic inuent*us* eſt: *eum* iſte miſer *fere interemit.* Ille frater violentiſſimus vbi reſciuit factum. *P.* Quidnam fecit? *M.* Primum 3.
colligauit eum modis miſeris. *P.* Colligauit? hem. *M.* Atque equidem orante, vt ne fieret, *patre meo.* *P.* Quid ais? *M.* Nunc porro id, quod ſolet *ſicariis*, minitatur: quod ego numquam vidi fieri, neque velim. *P.* Qua audacia tantum facinus au- 4.
det? *M.* Quid ita tantum? *P.* Annon maximum eſt? quis homo vmquam pro *ſicario haberi* vidit quemquam, *qui vim repellit*? *M.* Neſcio. *P.* At ne hoc neſciatis, *Mendax*: dico, edico vobis, illum eſſe filium herilem noſtrum. *M.* Hem, obſecro, quis eſt? *P.* 5.
Ne quam in illum *pater* vim ſinat fieri. Atque adeo autem cur non egomet introeo? *M.* Vide, Parmeno, quid agas; ne neque illis proſis, et tu pereas: nam hoc putant, quidquid factum eſt, ex te eſſe ortum. *P.*
Quid

Digitized by Google

1. Quid igitur faciam, miſer? quidue incipi-
am? Ecce autem rure redeuntem *herum* ſe-
nem video. Dicam huic, an non? Dicam
ſane, etſi magnum mihi malum paratum
ſcio: ſed neceſſe eſt, vt huic ſubueniat. *M.*
Sapis. Ego abeo intro: tu iſti rem omnem
2. ordine, vt factum ſit, narrato.

COLLOQVIVM VI
ex act. 3. ſc. 6.
Herus. Parmeno.

H. EX propinquo meo rure hoc com-
3. modi capio: neque agri neque vr-
bis odium me vmquam percipit; vbi ſatietas
fieri cœpit, locum commuto. Sed eſtne il-
le noſter Parmeno? et certe ipſe eſt. Quem
hic ante oſtium præſtolare, Parmeno? *P.*
Quis homo eſt? Hem: ſaluum te aduenire,
4. here, gaudeo. *H.* Quem præſtolare? *P.*
Perii: lingua hæret metu. *H.* Hem, quid
eſt? quid trepidas? ſatisne ſaluæ? dic mi-
hi. *P.* Here, primum te arbitrari id, quod
res eſt, velim: quidquid huius factum eſt,
non mea culpa factum eſt. *H.* Quid? *P.*
5. Recte ſane interrogaſti: rem prænarraſſe
me oportuit. *Cum compotoribus ſuis cœna-
uit Andreas. H. Cœnauit? quando? P. He-
ri. H. Vbi? P. Apud Oenophilum.* Tum
*luſit teſſeris et magnam pecuniæ ſummam
perdidit.* *H.* Actum eſt: aliud ex alio ma-

lum. *P.* Ne me ſpectes, here: me impul- 1.
ſore hæc non facit. *H.* Omitte de te di-
cere: ego te, furcifer, ſi viuo. Sed iſtuc,
quidquid eſt, primum expedi. *P.* Is *ebri-*
us pro *peregrino et hoſpite a me* ad *Philip-*
pum deductus eſt *nocte fere media.* *H.* Pro
*hoſpite*ne? *P.* Sic eſt: hunc pro *ſicario* poſt- 2.
ea comprehenderunt intus et conſtrinxe-
runt. *H.* Occidi. *P.* Audaciam *hominum*
ſpecta. *H.* Numquid aliud mali damniue,
quod non dixeris, eſt reliquum? *P.* Tan-
tum eſt. *H.* Ceſſone huc introrumpere?
P. Iam intrauit herus. Non dubium eſt, 3.
quin mihi magnum ex hac re malum ſit. *Sed*
neceſſe fuit hoc facere: id *tantum doleo,*
propter me hiſce aliquid mali euenturum
eſſe. Nam iam diu aliquam cauſſam quæ-
rebat ſenex, quam ob rem inſigne aliquid
iis faceret: nunc reperit. 4.

COLLOQVIVM VII

ex act. 5. ſc. 7.

Mendax. Parmeno.

M. NVmquam *ſane* quidquam iam diu,
quod magis vellem euenire, mihi e- 5.
uenit, quam quod modo ſenex intro ad nos
errans venit: mihi *ſoli* ridiculo fuit, qui
ſciebam, quid timeret. Nunc id prodeo,
vt Parmenonem conueniam. Sed vbi, ob-
ſecro, eſt? *P.* Me quærit hic? *M.* Atque

ec-

Digitized by Google

1. ecce, eum video: adibo. *P.* Quid eſt, inepte? quid vis tibi? quid rides? pergisne? *M.* Perii: defeſſus iam ſum miſer te ridendo. *P.* Quid ita? *M.* Rogitas? Numquam *certe* hominem ſtultiorem vidi, nec videbo: ah, non ſatis narrari poteſt, quos
2. ludos intus præbueris. At etiam primo callidum *te* et diſertum hominem credidi. *P.* Quid? *M.* Illicone credere ea, quæ dixi, te oportuit? An pœnitebat flagitii, quod te auctore feciſſet adoleſcens: ni miſerum inſuper etiam patri indicares? Nam
3. quid illi tum animi fuiſſe credis, vbi *neque locum neque* indutum eum vidit pater? Quid? iam ſcis, te periiſſe? *P.* Ehem, peſſime: quid *colligatum eum* eſſe dixiſti? an mentitus es? etiam rides? itane lepidum tibi viſum eſt, ſcelus, nos
4. irridere? *M.* Nimirum. *P.* Si quidem iſtuc impune habueris. *M.* Verum. *P.* Reddam *certe.* *M.* Credo: ſed iſtuc in diem fortaſſe eſt, quod minitaris, Parmeno. Tu iam *vapulabis*, qui ſtultum adoleſcentulum flagitiis nobilitas et eundem
5. indicas: vterque in te exempla edet. *P.* Nullus ſum. *M.* Hic tibi pro illo munere habitus honos eſt. Abeo. *P.* Miſer egomet meo iudicio, quaſi ſorex, hodie perii.

COLLOQVIVM VIII 1.

ex act.5.ſc.8.

Ioannes. Parmeno.

I. QVid nunc? qua ſpe aut quo conſilio
huc imus? quid inceptas, *Parmeno?*
P. Egone? Vt hero me purgem: et faciam 2.
in poſterum, quod iubeat. *I. At vereor, ne*
tibi *baculo* commitigari caput videam. Sed
quid? Fores crepuer*unt* ab e*o*. Quid au-
tem hoc eſt mali? *quis hic eſt et* quidnam
properans hinc proſiliit? *P.* Numquam
hominem vid*i*. 3.

COLLOQVIVM IX

ex act. 5. ſc.9.

Chriſtophorus. Petrus. Balthaſar.
Gnatho. Thraſo.

Ch. O *amici*, ecquis me viuit hodie fortu- 4.
natior? Nemo *ſane* quisquam: nam
in me plane de*us* poteſtatem ſuam omnem
oſtend*it*, cui tam ſubito to*t* congruerint
commoda. *P.* Quid hic lætus eſt? *Ch.* O mi
Petre, o me*orum gaudiorum* omnium inuen-
tor, inceptor, perfector: ſcisne me, in qui- 5.
bus ſim gaudiis? ſcis *conſulem mihi reconci-
liatum? P.* Audiui. *Ch.* Scis, *me ſenato-
rem deſignatum? P.* Bene factum. *Gn.*
Audisne tu illum, *Thraſo*, quid ait? *Ch.* Tum au-
tem *Balthaſari*, fratri meo, *fortunas* omnes

in

Digitized by Google

1. in tranquillo *eſſe* gaudeo. Vna eſt domus, *poſtquam* ſe *conſuli* in clientelam et fidem commendauit. *P. Conſul* igitur tot*us* fratris eſt? *Ch.* Scilicet. *P.* Iam hoc aliud eſt, quod gaudeamus: *Thraſo* foras pellitur. *Ch.* Tum tu, vbi vbi frater eſt: fac,
2. hæc quam primum audiat. *P.* Viſam domi. *Th* Numquid, Gnatho, dubitas, quin ego nunc perpetuo perierim? *Gn.* Sine dubio, opinor. *Ch.* Quid commemorem primum aut quem collaudem maxime? Illumne, qui conſilium dedit mihi, vt facerem: an fortunam
3. collaudem, quæ tot res *ac* tantas tam opportune in vnum diem concluſit? Patris mei feſtiuitatem? O *deus*: ſerua, obſecro, hæc nobis bona. *B. Certe* incredibilia ſunt, quæ modo Parmeno narrauit, Sed vbi eſt frater? Ch. Præſto eſt. B. Gaudeo. Ch.
4. Satis crede, frater: nihil eſt *vxore conſulis* dignius, quod *honoretur*? ita omni familiæ noſtræ fautrix eſt. *B. Noui iam*: vnde non eſt, quod illam laud*es* mihi. Th. Perii: quanto minus ſpei eſt, tanto magis amicitiam conſulis expeto. Obſecro, Gnatho: in te ſpes eſt. *Gn.* Quid
5. vis, faciam? *Th.* Precibus hoc *et* pretio perfice, vt aliqua tamen in parte apud *hunc virum* hæream. *Gn.* Difficile eſt. *Th.* Si quid collibuit, noui te. Hoc ſi effeceris: quoduis a me donum et præmium optato, id optatum feres *Gn.* Itane? *Th.* Sic erit. *Gn.* Hoc ſi efficio: poſtulo, vt tua mihi domus te præſente, abſente, pateat; vt ſemper locus *etiam* inuocato ſit. *Th.* Do fidem, ita futurum. *Gn.* Accingar.

B.

B. Quem hic ego audio? O Thraſo! Th. 1.
Saluete. *B.* Tu fortaſſe, quæ hic facta ſint,
neſcis. Th. Scio. *B.* Cur te ergo in his
regionibus conſpicor? Th. Vobis fretus.
B. Sciſ*ne*, quam fretus? T*hraſo*, edico tibi:
ſi poſthac te vmquam in platea hac offende-
ro, quod dicas, alium quærebam, iter hac 2.
habui; periiſti. *Gn.* Eia, haud ſic decet.
B. Dictum eſt. Th. Non cognoſco veſtrum
tam ſuperbum. *B.* Si cerit. *Gn.* Audite
prius: quod quum dixero; facitote, ſi
placuerit. *B.* Audiamus. *Gn.* Tu concede
paullum iſtuc, Thraſo. Principio, ego vos 3.
ambo hoc vehementer mihi velim credere, me, quid-
quid huius faciam, id mea cauſſa maxime facere: ve-
rum ſi idem vobis prodeſt, vos non facere inſcitia eſt.
B. Quid id eſt? *Gn. Thraſonem amicum* recipien-
dum cenſeo. *B.* Hem! recipiendum? *Gn.* Cogita
modo. Tu *ſane* libenter bene victitas. Vt *gulæ* tuæ
ſuppeditare ſine ſumtu tuo poſſit: ad *hoc* magis op-
portunus, nec magis ex vſu tuo nemo eſt. *P*rincipio 4.
et habet, quod det: et dat nemo largius. Fatuus eſt,
inſulſus, tardus: ſtertit noctesque et dies. Neque tu
iſti metuas ne *nimis conſul faueat:* pellas facile, vbi
velis. *B.* Quid agimus? *Gn.* Præterea hoc etiam,
quod ego vel primum puto; nemo homo melius
prorſus *conuiuas ſuos*, neq; prolixius accipit. *B* Mi-
rum, ni illo homine quoquo pacto opus eſt *Ch.* Idem 5.
arbitror. *Gn.* Recte facitis. Vnum etiam hoc oro vos,
vt me in gregem veſtrum recipiatis: ſatis diu hoc iam
ſaxum voluo. *B.* Recipimus. *Ch.* Ac libenter. *Gn.*
At ego gro iſtoc comedendum hunc et deridendum
vobis præbeo. *Ch.* Placet. *B.* Dignus eſt. *Gn.*
Thra-

Digitized by Google

1. Thraſo: vbi vis, accede. Th. Obſecro te, quid agimus? *Gn.* Quid? Iſti ignorabant te: poſtquam eis mores tuos oſtendi et collaudaui ſecundum facta et virtutes tuas, impetraui. Th. Bene feciſti. Gratiam habeo maximam: numquam etiam fui vsquam,
2. quin me plurimum amarent omnes. *Gn.* Dixine ego vobis, Atticam in hoc elegantiam eſſe? *B.* Nil præter promiſſum eſt. *Sed nunc eundum eſt mihi*: vos valete.

COLLOQVIORVM TERENTIANORVM
3.
LIBER III
SIVE
HEAVTONTIMORVMENOS.

4.
COLLOQVIVM INITIALE ex prologo.

Ciues, *Prologus.* *Antonius.*

C. ERgo acturus hodie *eſt* Heautontimorumenon *ſuum* T*erentius*? *P. Omni-*
5. *no* acturus *eſt.* *A Quem* eſſe prologum voluit? *P. Me ipſum.* *A.* Mirum *eſt mihi*, cur ſeni poeta partes dederit, quæ ſunt adoleſcentium. *P.* Cur *id fecerit* et quam ob rem has partes *ego* didicerim, primum et pau-

paucis *quidem* dabo : deinde, quod veni, 1.
eloquar. Nimirum rumores diſtulerunt maleuoli, contaminaſſe poetam fabulas græcas, dum facit latinas. *His vt eo felicius occurratur*: oratorem, *potius* eſſe me, *quam* prologum voluit. *A. Quid autem reſpondet ad hos rumores poeta?* *R.* Factum id eſſe non 2.
negat: neque ſe id pigere, et deinde facturum autumat. Habet *enim* bonorum *poetarum* exemplum: quo ſibi licere id facere, quod illi fecerunt, putat. *A. Sed dicunt*, ad ſtudium *hoc poetam* ſe *Scipionis et Lælii* ingenio fretum, haud natura ſua, applicaſſe. 3.
C. *Verum eſt* : *ita dicunt. P. Ita* maleuolus *quidem Lauinius* dictitat: *ſed* veſtrum *hoc* iudicium fecit, qui comœdiam hanc ſcripſit. Veſtrum *etiam* arbitrium *et* veſtra exiſtimatio valebit. Quam ob rem omnes vos oratos volo, ne plus iniquorum poſſit, quam 4.
æquorum oratio. De illius *autem* peccatis *multa* dicet, quum dabit alias nouas: niſi finem maledictis facit. Adeſte *modo* æquo animo, vt *ſic* aliqua pars laboris mihi minuatur. Nam *Terentius* nihil parcit ſeni: ſi qua *comœdia* laborioſa eſt, ad me curritur ; 5.
ſin leuis eſt, ad alium gregem mox defertur. *Ceterum* pura oratio in hac *comœdia* eſt: *et quod ſcitis*, numquam ego auare pretium arti meæ ſtatui; ſed eum *ſemper* quæſtum eſſe maximum in animum induxi, quam maxime

1. me ſeruire commodis veſtris. *Igitur* ſtatuite exemplum in me: vt *reliqui actores quoque* vobis placere ſtudeant potius, quam ſibi. *A et C.* Experiémur, quid *veſtrum* ingenium poſſit. Facite *modo nobis* ſpectandi copiam *et* date poteſtatem, vt *commodum*
2. *occupare locum* liceat.

LIBRI III

SECTIO I

eiusque

3. ## *COLLOQVIVM I*

ex act.1.ſc.1.

Chremes. Menedemus.

Ch. QVamquam hæc inter nos admodum nupera notitia eſt, inde adeo quod
4. agrum in proximo hic mercatus es; nec ſane quidquam fere rei amplius fuit: tamen vel virtus tua vel vicinitas, quod ego in propinqua amicitiæ parte puto, facit, vt audacter te et familiariter moneam; quod mihi præter ætatem tuam facere videris, et præ-
5. ter quam res tua te adhortatur. Nam quid vis tibi? quid quæris? Annos ſexaginta natus es, aut plus eo, vt coniicio; agrum in his regionibus meliorem neque maioris pretii nemo habet; ſeruos complures: proinde quaſi nemo ſit, ita attente illorum tute offi-

ci-

Digitized by Google

ci*is* funger*is*. Numquam tam mane egre- 1.
dior, neque tam veſperi domum reuertor,
quin te in fundo conſpicer fodere aut arare
aut aliquid ferre: denique nullum remittis
tempus, neque te reſpicis. Hæc non volu-
ptati tibi eſſe ſatis certo ſcio. At enim, *in-*
quis, me pœnitet, quantum hic operis fiat. 2.
Verum ſi, quod operæ tuæ conſumis in o-
pere faciendo, ſumas in illis exercendis:
plus agas. *M.* Chreme, tantumne tibi o-
tii ab re tua eſt, vt aliena cures: eaque, quæ
nihil ad te attinent? *Ch.* Homo ſum: huma-
ni nihil a me alienum puto. Vel me mone- 3.
re hoc, vel percontari puta: *ſi* rectum eſt,
vt ego *quoque ſic* faciam; *ſi* non, vt deterre-
am. *M.* Mihi ſic eſt vſus: *tu* fac, vt tibi fa-
cto opus eſt. *Ch.* An cuiquam homini vſus
eſt, vt cruciet ſe? *M.* Mihi. *Ch.* Si quid la-
boris eſt, nollem: ſed iſtud quid mali eſt? 4.
Quæſo, quid meruiſti de te tantum? *M.* Heu,
hoi! *Ch.* Ne lacrima: atque iſtuc, quid-
quid eſt, fac, vt ſciam. Ne retice: ne ve-
rere: crede, inquam, mihi, aut conſolando
aut conſilio aut re iuuero. *M.* Scire hoc
vis? *Ch.* Hac cauſſa equidem, qua dixi tibi. 5.
M. Dicetur. *Ch.* At iſtos raſtros interea
tamen depone: ne labora. *M.* Minime.
Ch. Quam rem agis? *M.* Sine me, ne quod
tempus mihi dem laboris vacuum. *Ch.* Non
ſinam, inquam. *M.* Ah, non æquum facis.
Ch.

Digitized by Google

1. *Ch.* Hui, tam graues hos, quæſo. *M.* Sic
meritum meum eſt. *Ch.* Nunc loquere.
M. Filium vnicum adoleſcentulum habeo.
Ah, quid dixi habere me? Immo habui,
Chreme; nunc habeam nec ne, incertum
eſt. *Ch.* Quid iſtuc ita? *M.* Scies. Eſt è
2. *Gallia* hic aduena, *vir* pauperculus. Eius
filium perdite *ſectari* ille cœpit, vt prope
iam pro *fratre* haberet. Hæc clam me o-
mnia. Vbi rem reſciui: non humanitus
tractare cœpi, neque vt ægrotum adole-
ſcentuli animum decuit; ſed vi et via per-
3. uulgata patrum. Quotidie accuſabam:
Hem, tibine hæc licere diutius facere ſperas
me viuo patre, vt prope iam in *fratris* loco
perditum iuuenem habeas? Erras, ſi id cre-
dis: et me ignoras, *fili.* Ego te meum eſſe
tantiſper dici volo, dum, quod te dignum
4. eſt, facies: ſed ſi id non facis; ego, quod
me in te facere dignum ſit, inuenero. Nul-
la adeo ex re iſtuc fit, niſi ex nimio otio: e-
go iſtuc ætatis non *eiuſmodi rebus* operam
dabam; ſed in *Galliam* abii hinc, propter
pauperiem, atque ibi ſimul rem et gloriam
5. belli armis reperi. Poſtremo adeo res red-
iit: adoleſcentulus ſæpe eadem et grauiter
audiendo victus eſt; ætate me putauit et
ſapientia plus ſcire et prouidere, quam ſe
ipſum ſibi: in *Galliam* ad regem militatum
abiit. *Ch.* Quid ais? *M.* Clam me profe-

ctus tres menſes abeſt. *Ch.* Ambo accu- 1.
ſandi: etſi illud inceptum tamen animi pru-
dentis et non inſtrenui ſignum eſt. *M.* V-
bi comperi ex iis, qui ei conſcii fuere: do-
mum reuertor mæſtus atque animo fere
perturbato atque incerto præ ægritudine.
Adſido: accurrunt ſerui: ſoccos detra- 2.
hunt: video alios feſtinare, lectos ſternere,
cœnam apparare: pro ſe quisque faciebant
ſedulo, quo illam mihi miſeriam lenirent.
Vbi hæc video, cœpi cogitare:Hem, tot mei
ſolius cauſſa ſint ſolliciti, vt me vnum exple-
ant? tot me ancillæ veſtiant? tantos ego 3.
ſumtus domi ſolus faciam? ſed gnatum vni-
cum, quem pariter his vti aut etiam amplius
decuit, quod illa ætas ad hæc vtenda magis
idonea eſt, eum ego miſerum hinc iniuſtitia
mea eieci; malo quidem me quouis dignum
deputem, ſi id faciam; nam vsque dum ille 4.
inopem illam vitam colet, patria ob iniurias
meas carens, interea vsque illi de me ſuppli-
cium dabo, laborans, quærens, parcens, illi
ſeruiens. Ita facio prorſus: nihil relinquo
in ædibus, nec vas nec veſtimentum: cor-
raſi omnia. Ancillas, ſeruos, niſi eos, qui 5.
opere ruſtico faciendo facile victum ſuum
exercerent, omnes *dimiſi*: inſcripſi illico
ædes: *equos etiam* produxi ac vendidi: mer-
cedem quaſi ad *bis mille nummos imperiales*
coegi: agrum hunc mercatus ſum: hic me
ex-

Digitized by Google

1. exerceo. Decreui, me minus iniuriæ tantiſper gnato meo facere, dum fiam miſer: nec mihi fas eſſe, vlla me hic voluptate frui, niſi vbi ille meus particeps huc ſaluus redierit. *Ch.* Leni te eſſe in liberos ingenio puto: et illum obſequentem, ſi quis recte aut
2. commode tractaret. Verum neque tu illum ſatis noueras, nec te ille: vbi hoc fit, ibi non vere viuitur. Tu illum quanti penderes, numquam oſtendiſti: nec ille tibi, quæ eſt æquum patri, credere auſus eſt. Quod ſi eſſet factum, hæc numquam tibi
3. eueniſſent. M. Ita res eſt, fateor: peccatum a me maximum eſt. *Ch.* Menedeme, at porro recte ſpero: et illum tibi ſaluum hic propediem adfuturum eſſe confido. M. Vtinam ita *deus faxit.* *Ch.* Faciet. Nunc
4. *nundinæ* hic ſunt: ſi commodum eſt, hodie apud me ſis volo. M. Non poſſum. Ch. Cur non? quæſo, tandem aliquantum tibi parce: idem hoc facere te vult abſens filius. M. Non conuenit, qui illum compulerim ad laborem, nunc me ipſum fugere.
5. *Ch.* Siccine eſt ſententia? M. Sic. Ch. Bene vale. M. Et tu. *Ch.* Lacrimas excuſſit mihi, miſeretque me eius: ſed vt diei tempus eſt, monere me vicinum hunc *Georgium* oportet, vt veniat ad cœnam. Ibo: viſam, ſi domi eſt. Nil opus fuit monitore: iam dudum domi praſto apud me eſſe aiunt.

Egomet conuiuas moror: ibo adeo hinc intro. Sed quid crepuerunt fores? quiſnam hinc a me egreditur? Huc conceſſero. 1.

COLLOQVIVM II

ex act. 1. ſc. 2.

Marcus. Fridericus. Chremes. 2.

M. VEreor, *Friderice: vereor. Fr.* Nihil adhuc eſt, quod vereare, *Marce:* haud quaquam etiam ceſſant: et *Henricum* ſimul cum nuntio tibi adfuturum hodie ſcio. Proinde mittas tu falſam iſtam, quæ te excruciat, ſollicitudinem. *Ch.* Quicum loquitur 3.
filius? *Fr. Abi, Marce:* pater adeſt, quem volui. Adibo. Pater, oppprtune aduenis. *Ch.* Quid eſt? *Fr.* Hunc Menedemum noſtine, vicinum noſtrum? *Ch.* Probe. *Fr.* Scis eſſe huic filium? *Ch.* In *Gallia* eſſe audiui. *Fr.* Non eſt, pater: apud nos eſt. 4.
Ch. Quid ais? *Fr.* Aduenientem, e naui egredientem illico ad cœnam adduxi: nam mihi magna cum eo familiaritas iam inde vsque a pueritia ſemper fuit. *Ch.* Voluptatem magnam nuntias. Quam vellem Menedemum, vt nobiſcum hodie eſſet, inuitatum amplius: vt primus hanc lætitiam nec inopinanti obiicerem. Atque etiam nunc tempus eſt. *Fr.* Caue, facias: non opus eſt, pater. *Ch.* Quapropter? *Fr.* Quia 5.

enim

1. enim incertum etiam eſt, quid *de* ſe faciat. Modo venit: timet omnia: patris iram et animum amici, vt ſit erga ſe. *Eum unice* amat: propter *eum* hæc turba atque abitio euenit. *Ch.* Scio. *Fr.* Nunc ſeruulum ad eum in vrbem miſit, et ego noſtrum vna Sy-
2. rum. *Ch.* Quid narrat? *Fr.* Quid ille? ſe eſſe miſerum. *Ch.* Miſerum? quem minus credere eſt? quid reliqui eſt, quin habeat, quæ quidem in homine dicuntur bona: parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuitias? Atque hæc perinde ſunt,
3. vt illius animus, qui ea poſſidet: qui vti ſcit, ei bona; illi, qui non recte vtitur, mala. *Fr.* Immo ſenex ille ſemper importunus fuit: et nunc nihil magis vereor, quam ne quid in illum plus ſatis *faciat* iratus pater. *Ch.* Illene? Sed reprimam me: nam in metu eſſe hunc,
4. illi vtile eſt. *Fr.* Quid tute tecum? *Ch.* Dicam. Vt vt erat, manſum tamen oportuit. Fortaſſe aliquanto iniquior erat præter eius delictum: pateretur. Nam quem ferret, ſi parentem non ferret? Hunccine æquum erat ex illius more, an illum ex huius viuere?
5. Et quod illum inſimulat durum, id non eſt: nam parentum iniuriæ ferme ſunt vnius modi, qui eſt homo paullo tolerabilis; *otiari* nolunt *filios*, nolunt conuiuari, ſumtum exigue præbent; et ea ſunt tamen ad virtutem omnia. Verum vbi animus *praua con-*

uerſatione et cupiditate, mala ſemel ſe de- 1.
uinxit: neceſſe eſt, *Friderice*, conſilia con-
ſequi conſimilia. Scitum eſt, periculum
ex aliis facere, tibi quod ex vſu ſit. *Fr.* Ita
credo. *Ch.* Ego ibo hinc intro, vt vide-
am, quid nobis cœnæ ſit: tu, vti diei tem-
pus eſt, vide ſis, ne quo hinc longius abeas. 2.

SECTIO II

eiusque

COLLOQVIVM I

ex act. 2. ſc. 1. 3.

Fridericus. Nicolaus.

Fr. QVam iniqui iudices ſunt patres in ad-
oleſcentes omnes! *N. Quid eſt, quod
ita indignaris, Friderice? Fr. Ah*, æquum
eſſe cenſent, nos iam a pueris illico ſenes na- 4.
ſci: neque illarum rerum adfines eſſe, quas
fert adoleſcentia. Ex ſua libidine mode-
rantur, quæ nunc eſt: non, quæ olim fuit.
Mihi ſi vmquam erit filius, næ ille facili me
patre vtetur: nam et cognoſcendi et igno-
ſcendi peccati locus dabitur; non vt meus, 5.
qui mihi per alium oſtendit ſententiam ſu-
am. Perii: is, vbi paullo plus adbibit, quæ
mihi facinora ſua narrat? Nunc ait: peri-
culum ex aliis facito, tibi quod ex vſu ſit. A-
ſtutus! næ ille haud ſcit, quam mihi nunc
ſur-

Digitized by Google

1. ſurdo fabulam narret. *N. Forſitan ſodalium* dicta te ſtimulant: da mihi, atque adfer mihi. *Fr.* Nihil habeo, quid *his* reſpondeam. *N. Ergo te* neque miſerior eſt quiſquam, neque *minus* rerum ſuarum ſatagit. *Fr.* Nihil eſſe mihi, religio eſt dicere. *N.*
2. *Vtinam tibi* religio eſſet, *parentum praecepta adſpernari: certe* hoc *mali non* inueniſſes.

COLLOQVIVM II
ex act. 2. ſc. 2.

3. ***Paullinus. Arnoldus.***

P. I*Ntegra iam hora eſt, quod miſi famulum.* Si mihi ſecundæ res de *filio* meo esſent; iam dudum, ſcio, veniſſent: ſed vereor, ne me abſente corruptus ſit *iuuenis.* Concurrunt opiniones multæ, quæ animum
4. mihi exaugeant: occaſio, locus, ætas, *contubernalis*, cui nihil præter *otium* iam dulce eſt. *A. Et ego, integra iam hora eſt, quod ſororem meam hic exſpecto.* *P.* Noſti mores mulierum: dum moliuntur, dum comuntur; annus eſt. *A.* Etiam caues, ne forte
5. videat te aliquis a *vicino* exiens? *P.* Faciam: ſed neſcio profecto, quid mihi animus præſagit mali. *A.* Pergisne iſtuc prius diiudicare: quam ſcis, quid veri ſit? *P.* Si nihil mali eſſet, iam adeſſent hic. *A.* Iam aderunt. *P.* Quando iſtuc erit? *A.* Non cogitas, hinc

longule eſſe? *P.* O *Arnolde*, timeo. *A.* Re- 1.
ſpira: ecce *famulum* cum *Georgio meo*, vna
adſunt tibi.

COLLOQVIVM III
ex act. 2. ſc.3.

Paulinus. Franciſcus, famulus. *Geor-* 2.
gius. Arnoldus.

P. V*Enitne filius? Fr.* Sic eſt: *venit cum*
contubernali. G. Verum interea
dum ſermones cædimus, il*li* ſunt reli*cti*.
Fr. Minime mirum: adeo impedi*ti* ſunt:
canum gregem ducunt ſecum. *P.* Perii: 3.
vnde illi *canes* ſunt? Væ miſero mihi! quan-
ta de ſpe decidi? *A.* Quid iſtuc? quæ res te
ſollicitat autem? *P.* Rogitas, quid ſit? Vi-
desne tu *canes? an hoc eſt litteris operam da-*
re? A. Vah! nunc demum intelligo. *G.*
Non reli*ctos* oportuit; portant quid rerum. 4.
Fr. Hei mihi! *G.* Veſtem, *libros*, *ciſtulam*:
et veſperaſcit, et non nouerunt viam. *Fr.*
Stulte factum a nobis eſt: abi dum tu illis
obuiam: propera: quid ſtas? *G. Iam ve-*
niunt. Sed hei mihi, quid turbæ eſt? *quos*
adducunt hoſpites? Hos antea non vider*am.* 5.
Aedes noſtræ vix capient: ſcio. Quid com-
edent? quid ebibent? quid ſene noſtrò
erit *hodie* miſerius? *P.* O *fili, fili*: vbinam
eſt *pietas?* Dum ego propter te errans *fe-*
re patria et *quiete omni* careo demens: tu
in-

Digitized by Google

1. intereà loci *alis canes*, propter quem in ſum-
ma *non modo* infamia, *ſed etiam inopia* ſum,
et *ipſi etiam auo tuo* minus obſequens; cu-
ius nunc pudet me et miſeret, qui *iuuenum*
mores cantabat mihi, monuiſſe fruſtra. Ne-
mo eſt miſerior me. *Iamne adſunt?* G. Hic
2. de noſtris verbis errat videlicet, quæ hic lo-
cuti ſumus. *Paulline*, aliter *ſtatum filii*, at-
que eſt, accipis: nam et vita eſt eadem et
ardor diſcendi idem, quantum ex ipſa re
coniecturam cepimus. *P.* Quid eſt, obſe-
cro? Nam mihi nunc nihil rerum omnium
3. eſt, quod malim, quam me hoc falſo ſuſpica-
ri. *G.* Hoc primum, vt ne quid ignores.
Bernhardus, qui ei contubernalis eſſe ante-
hac dictus eſt, non fuit. *Is* mortem obiit:
hic alius eſt, quamquam eiusdem nominis.
Hæc ipſe in itinere alteri dum narrat, forte
4. audiui. *P.* Quisnam eſt alter? *G.* Mane,
hoc, quod cœpi, primum enarrem: poſt
iſtuc veniam. *P.* Propera. *G.* Iam pri-
mum omnium vbi ad ædes ventum eſt, fores
pultat *Franciſcus*: *Bernhardus* prodit, *ita
ignotus nobis, vt nos ipſi.* *Is* vbi oſtium ape-
5. ruit, continuo hic ſe coniecit intro: ego
conſequor: *Bernhardus* peſſulum obdit fo-
ribus, ad *libros* redit. Hinc ſciri potuit,
aut nusquam alibi, *Paulline*, quo ſtudio te
abſente vitam exegerit: vbi de improuiſo
interuentum eſt *inueni.* Nam ea res tum

exiſtimandi copiam dedit *et* quotidianæ vi- 1.
tæ conſuetudinem: quæ, cuiusque ingeni-
um vt ſit, maxime declarat. Ipſ*um autem*
filium ſtudioſe *ſcribentem* offendimus, veſte
nocturna veſtitum: ita, vti *ſolent*, *qui nocti-*
bus etiam ad ſtudia vtuntur. *P.* Obſecro,
Georgi, ne in lætitiam fruſtra me coniicias. 2.
G. Præterea in muſeo ordine diſpoſita erant
omnia et ad latus puer cum libro, quem corri-
pi ab eo audiebamus, cur ambulaſſet: poteras,
inquit, has horas non perdere. *A.* Si hæc
ſunt vera, *Paulline*, ita, vt credo: quis te eſt
fortunatior? *Certe* magnum hoc ſignum 3.
eſt, extra noxiam eſſe *filium.* *P.* Perge, ob-
ſecro te: et caue, ne falſam gratiam inire
ſtudeas. Quid ait, vbi me nominas? *G.* Vbi
dicimus, te rediiſſe: *ſcribere* deſinit conti-
nuo et os totum ſibi oppletlacrimis; vt fa-
cile ſcires, deſiderio tuo id fieri. *P.* Præ 4.
gaudio, vbi ſim, neſcio: ita timui. *A.* At
ego nihil ſciebam eſſe, *Paulline*: age dum
viciſſim, *Georgi*; dic qu*is* il*le* alt*er* eſt? *G.*
Tu*um Lælium* adducimus. *A.* Hem! quid?
Lælium? Eho, ſceleſte, quo ill*um* abducis?
G. Quo ill*um* ego? ad nos ſcilicet. *A.* Ad 5.
patremne? *G.* Ad eum ipſum. *A.* O im-
pudentem hominis audaciam! *G.* Heus:
non fit ſine periculo facinus magnum et me-
morabile. *A.* Hoc vide. In mea *ignominia*
tu laudem tibi is quæſitum, ſcelus: vbi ſi
quid

Digitized by Google

1. quid modo paullulum te ſugerit, ego perie-
rim. Quid facias *de* illo? *G.* At enim. *A.*
Quid enim? *G.* Si ſinas, dicam. *P.* Sine.
A. Sino. *G.* Ita res hæc nunc eſt, quaſi quum.
A. Quas, malum, ambages narrare mihi oc-
cipit? *P. Georgi*, verum hic dicit: mitte,
2. ad rem redi. *G.* Enimuero reticere ne-
queo: multis modis es iniurius, neque fer-
ri potes. *P.* Audiendum *certe* eſt: *Arnol-
de*, tace. *G.* Vis *in gratiam reducere homi-
nem*; vis *eius opera in negotiis obeundis poſt-
hac vti*; vis, quod des illi, effici: tuum eſſe
3. periculum non vis. Haud ſtulte ſapis: ſi
quidem id eſt ſapere, velle te id, quod con-
tingere non poteſt. Aut hæc cum illis ſunt
habenda, aut illa cum his amittenda ſunt.
Harum duarum conditionum nunc vtram
malis, vide: etſi conſilium, quod cepi, rectum
4. eſſe et tutum ſcio. Nam *Lælius tuus* ſine
metu vt ſit tecum, copia eſt: tum, quod illi
pollicitus es argentum, eadem hac via inue-
niam; quod vt efficerem, ſurdas iam aures
mihi orando reddideras. Quid aliud vis ti-
bi? *A.* Si quidem hoc ſit. *G.* Si quidem
5. experiendo ſcies. *A.* Age, age; cedo iſtuc
tuum conſilium: quid id eſt? *G.* Longum
eſt, ſi narrem tibi, quam ob rem id faciam:
vera cauſſa eſt. *A.* Fabulæ: nihil ſatis fir-
mi video, quam ob rem accipere hunc me-
tum mihi expediat. *G.* Ademtum tibi iam
me-

Digitized by Google

metum omnem faciam, vt in vtramuis au- 1.
rem otioſe dormias. *A.* Et me et me*am*
cauſſam et famam tibi permitto: ne quid ac-
cuſandus ſis, vide. *G.* Ridiculum eſt, te iſtuc
me admonere: quaſi minor mea res iſtic
agatur, quam tua. Hic ſi quid aduerſi
forte nobis euenerit: tibi erunt parata ver- 2.
ba, *mihi* verbera. Quapropter hæc res neu-
tiquam neglecta eſt mihi. Sed *ſororem* ex-
ora, vt *Lælium iam adeſſe diſ*ſimulet. *A.*
Scilicet in eum iam res locum rediit, vt me
hoc fac*ere* ſit neceſſe. Verum illa ne quid
tibubet. *G.* Probe perdocta eſt: in tem- 3.
pore ad eam veni, quod rerum omnium eſt
primum. *A.* Sed patrem nouiſti, ad has
res quam ſit perſpicax: ego autem te noui,
quam impotens eſſe ſoleas. Inuerſa verba,
euerſas ceruices tuas, gemitus, ſcreatus,
tusſim, riſus abſtine. *G.* Laudabis. *A.* 4.
Vide ſis. *G.* Tutemet mirabere.

COLLOQVIVM IV

ex act. 3. ſc. 4.

Robertus. Ioachimus. Michael.

R. QVisnam hic adoleſcens eſt, qui intu*e*- 5.
tur nos? *I.* Ah, retine me, obſecro.
R. Amabo, quid tibi eſt? *I.* Ah, retine me.
R. Perii miſer: quid ſtupes, *Ioachime*? *I.*
Videone *fratrem*, an non? *R.* Quem vides?
M. Salue, anime mi. *I.* O mi exſpectate

Mi-

1. *Michael*, ſalue. *M.* Vt vales? *I.* Saluum
veniſſe gaudeo: nam dum abs te abſum o-
mnes mihi, quos cepi labores, fuere *graues.*
M. Ego vero laudo te et *fortunatum* iudi-
co, quum id *me abſente* ſtuduiſti, vt iſti *in-*
ſtitutioni mores forent conſimiles; mini-
2. meque miror, ſi *tuam* ſibi quisque *amiciti-*
am expetit: nam quale ingenium haberes,
indicio fuit *epiſtola* tua *ſuperiore menſe ad*
me data. *R. Ita* eſt, o exoptate animo meo
Michael, *omnino iuuenibus* expedit bonos
eſſe: *quod me fateri neceſſe eſt*, quum tuam
3. *quoque* mecum in animo vitam conſidero
et illorum omnium, qui *malos* ab ſe ſegre-
gant. *M. Ego ſemper ſic animum induxi*,
ſolam virtutem eſſe, *quae veros amicos coniun-*
gat: *nam qui fortuna* noſtra impulſi nos
colunt, *non dicendos amicos puto*; haec
4. *enim* vbi immutata eſt, *etiam* illi animum
alio conferunt. *R. Multis hoc exemplis*
didici, *ſemperque* feci ſedulo, vt ex *alio-*
rum incommodo meum compararem
commodum, *hoc eſt*, *ut cauerem mihi.*
I. Faxit deus, vt nulla vnquam calamitas
5. incidere *felicitati noſtrae* poſſit. *Sed*
ite intro: nam *ſine dubio nos*
iam dudum exſpectat
mater.

SE-

SECTIO III 1

eiusque

COLLOQVIVM I

ex act. 3.ſc.1.

Chremes. Menedemus. 2

Ch. LVceſcit hoc iam. Ceſſo pulſare
oſtium vicini: vt ex me primum ſci-
at, ſibi filium rediiſſe; etſi adoleſcentem hoc
nolle intelligo? Verum quum tam excruci-
ari miſerum hunc eius abitu videam; celem
inſperatum gaudium, quum illi nihil ſit pe- 3
riculi ex indicio? Haud faciam: nam, quod
potero, adiutabo ſenem; item vt filium me-
um amico atque æquali ſuo inſeruire et ſo-
cium eſſe in negotiis video. Nos quoque
ſenes æquum eſt ſenibus obſequi. Sed
ipſum egreſſum foras video: ibo, adloquar. 4
Menedeme, ſalue: *quid agitur*? M. Aut e-
go profecto egregio ad miſerias ingenio na-
tus ſum: aut illud falſum eſt, quod vulgo di-
ci audio, diem adimere ægritudinem homi-
nibus. Nam mihi quidem quotidie auge-
ſcit magis de filio ægritudo: et quanto diu- 5
tius abeſt, tanto magis cupio et magis deſi-
dero. *Ch. Ego vero* nuntium apporto ti-
bi, cujus te maxime cupis fieri participem
M. Num quidnam de gnato meo audiuiſti,
Chreme? *Ch.* Viuit atque valet. M. Vbi-
nam

1. nam eſt, quæſo? *Ch.* Apud me domi. *M.*
Meus gnatus? *Ch.* Sic eſt. *M.* Venit? *Ch.*
Certe. *M. Tullius* meus venit? *Ch.* Dixi.
M. Eamus: tu me duc ad eum, obſecro. *Ch.*
Non vult te ſcire rediiſſe etiam, et tuum
conſpectum fugitat ob peccatum: tum hoc
2. timet, ne antiqua illa duritia tua etiam ad-
aucta ſit. *M.* Non tu ei dixiſti, vt eſſem?
Ch. Non. *M.* Quam ob rem, Chreme? *Ch.*
Quia peſſime iſtuc in te atque in illum con-
ſulis, ſi tam leni et victo eſſe animo oſtende-
ris. *M.* Non poſſum: ſatis iam, ſatis pater
3. durus fui. *Ch.* Ah, in vtramque partem
nimis vehemens es, Menedeme: aut largi-
tate nimia, aut parſimonia. In eamdem frau-
dem ex hac re, atque ex illa, incides. Olim
proterruiſti hinc potius, quam ad *ſodales*
commeare *interdum* pateter*is* filium: q*ui*
4. *tamen* paullulo tum erat content*us*, cuique
erant grata omnia. Nunc, quum ſine ma-
gno intertrimento non poteſt *fieri*, quiduis
dare cupis. Nam vt tu ſcias, quam pulchre
nunc inſtruct*us* ad perniciem ſit: primum
iam plus decem ſecum *ſocios* adduxit. Sa-
5. trapes ſi *quis* ſit, ſufferre numquam *horum*
ſumtus queat: nedum tu poſſis. *M.* Eſtne
intus? *Ch.* Sit, rogas? Senſi: nam vnam ei
atque eius comitibus cœnam dedi. Quod
ſi iterum mihi ſit danda, actum ſit. Nam vt a-
lia omittam, quid vini modo mihi abſumſit?

Sic,

Digitized by Google

Sic, hoc, dicens; aſperum hoc eſt, *Chreme:* 1.
aliud lenius, ſodes, vide. Relui dolia o-
mnia, omnes ſeries; omnes habui ſollicitos:
atque hæc vna nox. Quid te futurum cen-
ſes, quem aſſidue exedent? Sic me *tu viciſſim*
ſemper amab*is*, vt fortunarum tuarum miſer-
tum eſt. *M.* Faciat, quod lubet; ſu- 2.
mat, conſumat, perdat: decretum eſt pati,
dum illum modo habeam mecum. *Ch.* Si
certum tibi eſt ſic facere: illud permagni
referre arbitror, vt neſcientem te id ſibi da-
re ſentiat. *M.* Quid faciam? *Ch.* Quid-
uis potius, quam quod cogitas: per alium 3.
quemuis vt des, falli te ſinas technis per ſer-
uulum; etſi id ſubſenſi quoque, illos ibi eſ-
ſe, id inter ſe agere clanculum. Syrus cum
illo veſtro conſuſurrat, conferunt conſilia
adoleſcentes: et tibi perdere talentum hoc
pacto ſatius eſt, quam illo minam. Non 4.
nunc de pecunia agitur: ſed illud, quomo-
do id minimo periculo demus adoleſcentu-
lo. Nam ſi ſemel tuum is animum intelle-
xerit; prius te vitam tuam proditurum et
prius pecuniam omnem, quam abs te filium
amittas: hui, quantam feneſtram ad nequi- 5.
tiam patefeceris? Tibi autem porro vt non
ſit ſuaue viuere: nam deteriores omnes ſu-
mus licentia. Quodcumque inciderit in
mentem, volet: neque id putabit, prauum-
ne an rectum ſit, quod petet. Tu, rem pe-

rire

1. rire et ipſum, pati non poteris. Dare dene-
garis: illico ad illud ibit, quo maxime vale-
re ſe apud te ſentiet; abiturum ſe abs te illi-
co minabitur. *M.* Verum videris atque
ita, vti res eſt, dicere. *Ch.* Somnum *certe* e-
go hac nocte oculis meis non vidi: dum id
2. quæro, qui filium tibi reſtituerem. *M.* Ce-
do dextram: porro vt idem facias, te oro,
Chreme. *Ch.* Paratus ſum. *M.* Scisne,
quid nunc facere te volo? *Ch.* Dic. *M.*
Quod incipere illos me fallere ſenſiſti, id vt
maturent facere: cupio illi dare, quod vult;
3. cupio ipſum iam videre. *Ch.* Operam da-
bo. Syrus prehendendus mihi atque ad-
hortandus eſt. A me, neſcio quis, exit:
concede hinc domum, ne nos inter nos con-
gruere ſentiant. Paullum hoc negotii mi-
hi obſtat: Simus et Crito, vicini noſtri,
4. hic ambigunt de finibus; me cepere arbi-
trum. Ibo ac dicam, hodie non poſſe his
operam dare, vt me daturum dixeram.
Continuo hic adero. *M.* Ita quæſo. *Bo-
ne deus!* itane comparatam eſſe hominum
naturam, aliena vi melius videant et diiu-
5. dicent, quam ſua? An eo fit, quia in re
noſtra aut gaudio nimio præpediti ſumus
aut ægritudine? Hic mihi nunc quanto
plus ſapit, quam egomet mihi? *Ch.* Dis-
ſolui me, vt otioſus tibi ope-
ram darem.

Digitized by Google

COLLOQVIVM II 1.

ex act.3.ſc.2.

Syrus. Lepidus. Chremes.

S. HAc illac circumcurſa, *Lepide*: inue-
niendum eſt tamen argentum, in-
tendenda in ſenem eſt fallacia. *L. Pax,pax:* 2.
quisnam a nobis foras egreditur? *EnChremes eſt,et
adſtat.* *Ch.* Num fefellit me, hos id ſtruere?
Videlicet tardiusculus eſt ille *Tullii* ſer-
uus: idcirco huic tradita eſt prouincia. *S.*
Quis hic loquitur? perii, numnam hæc au-
diit? *Ch.* Syre. *S.* Hem. *Ch.* Quid tu 3.
iſtic? *S.* Recte. Equidem te demiror,
Chreme, tam mane: qui heri tantum *et
tam ſero* biberis. *Ch.* Nihil nimis. *S.*
Nihil, narras? Viſa vero eſt, quod dici ſo-
let, aquilæ ſenectus. *Ch.* Eia. *S.* Com-
mod*us certe* eſt iuuenis et facet*us hic Tulli-* 4.
us. *Ch.* Sane idem viſ*us* eſt mihi. *S.* Et
quidem *ſtatura egregia.* *Ch.* Sic ſatis. *S.*
Minimeque miror, ſi *multos amicos inuenit*:
ſed habet patrem auidum, miſerum atque
aridum, vicinum hunc. Noſtine? At qua-
ſi iſte non diuitiis abundet, gnatus eius ino- 5.
pia profugit. Scisne factum eſſe, vt dico?
Ch. Quid ego neſciam? hominem piſtrino
dignum! *S.* Quem? *Ch.* Iſtunc ſeruulum a-
doleſcentis dico, qui paſſus eſt id fieri. *S.*
Iam mihi male timui. *Sed* quid faceret? *Ch.*
Ro-

1. Rogas? Reperiret aliquid, fingeret fallacias,
vnde eſſet adoleſcenti: atque *ſic* difficilem
hunc *et* inuitum ſenem ſeruaret. *S.* Gar-
ris. | *Ch.* Hæc facta ab illo oportebant, Sy-
re. *S.* Eho, quæſo: laudas, qui heros fal-
lunt? *Ch.* In loco: ego vero laudo. *S.*
2. Recte ſane. *Ch.* Quippe quia magnum
ſæpe id remedium ægritudinum eſt. Iam
huic domi manſiſſet gnatus vnicus. *S.*
Iocone an ſerio illæc dicat, neſcio: niſi mihi quidem
addit animum, quo lubeat magis. *Ch.* Et nunc
quid exſpectat, Syre? an, dum hinc denuo
3. abeat, quum tolerare *horum* ſumtus non
queat? nonne ad ſenem aliquam fabricam
fingit? *S.* Stolidus eſt. *Ch.* At te adiutare
oportet adoleſcentuli cauſſa. *S.* Equidem
facile facere poſſum, ſi iubes: etenim, quo
pacto id fieri ſoleat, calleo. *Ch.* Tanto *certe*
4. meliores. *S.* Meum non eſt mentiri. *Ch.*
Fac ergo. *S.* At heus tu: facito dum, ea-
dem hæc memineris; ſi quid forte, vt ſunt
humana, huius ſimile aliquando euenerit,
vt tuus faciat filius. *Ch* Non vſus veniet,
ſpero. *S.* Spero *certe* ego quoque: neque
5. eo nunc dico, quo quidquam illum ſenſe-
rim; ſed ſi quid, ne quid. Quæ ſit ætas e-
ius, vides: et næ ego te, ſi vſus veniat, ma-
gnifice tractare poſſim. *Ch.* De iſtoc, quum
vſus venerit, videbimus, quid opus ſit: nunc
iſtuc age. *Abeo.* *S.* *Audiſtine hæc. Lepide?*

Numquam commodius loqui herum audi- 1
ui: nec, *ſi* malefacere *luberet*, mihi impuni-
us licere crederem. *L. Caue, ſeni credas, mi Syre: quidquid id eſt, ego Chremetem timeo et blanditer loquentem.*

COLLOQVIVM III

ex act. 3. ſc. 3. 2

Roſinus. Philippus. Samuel.

R. QVid iſtuc, quæſo? qui iſtic mos eſt, *Philippi*? itane fieri oportet? *Ph.* Quid ego feci? *R.* Vidine ego te modo ma-
num huic *homini* in *marſupium* inſerere? 3
Ph. Mene? *R.* Hiſce oculis: ne nega. Facis adeo indigne mihi iniuriam, qui manum non abſtineas: nam iſtæc quidem contumelia eſt, hominem amicum ad *ſe* recipere et eiusdem *exenterari marſupium pati. Ph.*
At mihi fides apud hunc eſt, nihil me iſtius 4
facturum. *R.* Noui *te*. Vel heri in vino quam immodeſtus fuiſti? quam moleſtus, vt equidem *metuerim*, quid futurum denique eſſet? Ph. *Forſan* de *te* facis coniecturam. Nemo *enim tuorum* hodie eſt, apud
quem expromere omnia occulta *tua* aude- 5
as: apud alium prohibet dignitas, apud alium ipſius facti pudet. *Aetas iuuenilis* multa fert, *quæ* facere prohibet *ſeneſtus*. *S.* Quid iſtic narrat? Iube hunc abire hinc aliquo, *Roſine: vt ſoli ſimus.* Ph. Quo ego

hinc

Digitized by Google

1. hinc abeam? *R.* Quo? Quolibet: da *nobis* locum: abi deambulatum. *Ph.* Deambulatum? quo? *S.* Vah, quaſi deſit locus. Abi ſane iſtac, iſtorſum, quouis. *Ph. Abi in malam rem*, qui me hinc extrudas. *S.* At tu poſthac comprimito tibi iſtas manus.
2. Cenſesne vero? quid illum porro facturum credis, *Roſine*: niſi eum, quantum deus tibi opis dat, ſeruas, mones, caſtigas? *R.* Ego iſtuc curabo. *S.* Atqui nunc hic tibi adſeruandus eſt. *R.* Fiet. *S.* Si ſapias: nam *fratri* iam minus minusque obtemperat. *R.*
3. Quid tu? ecquid de illo, quod dudum tecum egi, egiſti; aut reperiſti, quod placeat: an nondum etiam? *S.* De *conſilio* dicis? St. nuper quoddam inueni. *R.* Frugi es: cedo, quid id eſt? *S.* Dicam: verum, vt aliud ex alio incidit. *R.* Quidnam, *Samuel*? *S.*
4. Peſſimus eſt *Henricus*. *R.* Ita videtur. *S.* Immo, ſi ſcias. Hoc vide, quod inceptet facinus. Fuit hic *quidam iuuenis Lipſienſis*: huic mille *nummorum imperialium vicinus noſter* mutuum dederat. *R.* Quid tum? *S. Is* mortuus eſt: reliquit *bibliothecam*: ea
5. huic pro argento illo arrhaboni eſt relicta. *R.* Intelligo. *S. Ex hac Grauii theſaurum antiquitatum romanarum Auguſto exeunte mutuatus eſt Henricus.* *R.* Quid tum? *S. Vicinus* orat, vt ſibi illum nunc det. *R.* Et recte quidem. *S. Sed recuſat Henricus.* *R.*

Nonne iam dudum eſt, *quod* ſic putaui *futurum?* *Tu vero* quid nunc facere cogitas? *S.* 1.
Egone? Ad *Henricum* ibo: dicam eſſe *aliquem domi noſtræ*, *qui emere theſaurum hunc cupiat*; ſi *vendat*, magnum in *eo* lucrum ineſſe. *Hoc pacto reſtituere libros vicino poſſum.* *R.* Erras. *S.* Quid ita? *R.* Pro 2.
Henrico nunc tibi ego reſpondeo: non *vendo*. *S.* Quid ais? *R.* *Ito*: iam ſcies. *Sed* mane, mane *paulliſper*: quid eſt, quod tam grauiter a nobis fores crepuere?

SECTIO IV 3.

eiusque

COLLOQVIVM I

ex act. 4. ſc. 1.

Soſtratus, ſeruus. *Chriſtophorus Neander.* *Quintus*, herus. 4.

S. NIſi me animus fallit, hic profecto eſt annulus, quem ego ſuſpicor: is *quem ante dies quatuordecim amiſi.* Quid eſt, *Chriſtophore*? isne tibi videtur? *Ch.* Dixi equidem, vbi mihi oſtendiſti, illico, eum eſſe. 5.
S. At vt ſatis contemplatus modo ſis, *Chriſtophore*. *Ch.* Satis. *S.* Abi nunc iam intro: Atque, ſi iam ſurrexit *iuuenis*, mihi nuntia. Hic ego *herum* opperiar interea. *N.* Te vult, *Quinte*: videas, quid velit. Neſcio

1. ſcio, quid triſtis eſt: non temere eſt: metuo, quid ſit. *Q.* Quid ſit? Næ *iſte nebulo* magno iam conatu magnas nugas dixerit. *S.* Ehem, *here*: te ipſum quæro. *Q.* Loquere, quid velis. *S.* Primum te hoc oro, ne quid credas me aduerſum edictum tuum fa-
2. cere auſ*um*. *Q.* Visne me iſtuc tibi, etſi incredibile eſt, credere? Credo. *N.* Neſcio, quid peccati portat hæc purgatio. *S.* Meminiſtine, te mihi *annulum haud ita pridem* dediſſe, *ad ſororem tuam ferendum? Q.* Scio, quid feceris; *amiſiſti.* *S.* Sic factum
3. eſt. *Q. Quid feciſti autem? S.* Erat *tum in ædibus noſtris filiolus eius paruulus*, ei dedi *ferendum*: *ſed amiſit.* *Q. Vah*! tantam eſſe in animo inſcitiam? *S* Perii: quid feci? *Q.* At rogitas? *S.* Si peccaui, mi *here*: inſciens feci. *Q.* Id quidem ego, etſi tu ne-
4. ges, certe ſcio, te inſcientem atque imprudentem dicere ac facere omnia: tot peccata in hac re oſtendis. Nam iam primum, ſi exſequi imperium meum voluiſſes: *ipſi traditum* oportuit; non ſimulare *factum* verbis, re ipſa dare *alii*. At id omitto: *ne-*
5. *gotium et fiducia pueri id ſuaſit*: ſino. Quam *circumſpecte* vero abs te *actum* eſt? quid *feciſti?* Cogita. Nempe *celaſti me hanc rem, et ſciſcitationem omnem hoc modo impediuiſti.* Credo, id cogitaſti: quiduis ſatis eſt, dum *neſciat* modo. Quid cum *iſtiusmodi homi-*

ne ag*am*: qui neque bonum neque *malum* 1.
ſcit; melius, peius; proſit, obſit; nil vi-
det, niſi quod *ante pedes eſt aut* lubet?
S. Peccaui, *here*: fateor, vincor. Nunc
hoc te obſecro, vt ſtultitiæ meæ aliquid
præſidii ſit in *benignitate tua*: *præſertim*
quum annulus inuentus ſit. *Q.* Scilicet e- 2.
quidem factum iſtuc ignoſcam: verum
multa te male docet facilitas mea, *Soſtra-*
te. Sed iſtuc quidquid eſt, qua *ratione in-*
uentus ſit, loquere. *S.* Qu*em patruus he-*
ri veſperi ſecum adduxit adoleſcentul*um*:
is, dum it *cubitum*, de digito detrax*it et* 3.
ſeruandum mihi dedit. Animum non
aduerti primum: at poſtquam adſpexi;
illico cognoui, ad te exſilii. *Q.* Quid
ſuſpicar*is* nunc aut inuenis de il*lo*? *S.*
Neſcio: niſi ex ip*ſo* quæras, vnde hunc
habuerit. *Q.* *Deinde quæram*: *iam abe-* 4.
undum eſt mihi. Sequere me hac intro,
Neander. *N. Sequor.* *S. Audiſtine*, *Chri-*
ſtophore? Plus ſpei video, quam volo: *ita*
benignus mihi viſus tandem herus eſt.
Quam male timui, ne nunc animo ita du-
ro eſſ*et*, vt *nuper* in *caſtigando Iacobo*? *Ch.* 5.
Et mihi id præter ſpem euenit. *Sed* ſæpe
non licet hominem eſſe ita, vt vult, ſi res
non ſinit. Nunc ita tempus *patri* eſt:
olim nil minus.

COL-

Digitized by Google

1. ## *COLLOQVIVM II*

ex act. 4. ſc. 2.

Romanus et *Fridericus*, milites.

R. NIſi me fallit animus, haud multum a me aberit infortunium; ita *certe* in
2. anguſtum nunc oppido coguntur copiæ meæ: niſi video aliquid, ne *mea incuria aufugiſſe hominem* reſciſcat *centurio.* Nam quod ſperem de argento *promiſſo*, aut poſtulem me poſſe fallere, nihil eſt: triumpho, ſi me *ſine pœna* licet abscedere. *Fr. Et ego*
3. crucior, bolum tantum mihi tam ſubito e faucibus ereptum. *R.* Quid agam autem, aut quid comminiſcar? *Fr.* Ratio de integro ineunda eſt *tibi*: nihil tam difficile eſt, quin quærendo inueſtigari poſſit. *Cogita modo, dum ego illuc concedo paulliſper. R.*
4. Quid, ſi hoc ſic nunc incipiam? nihil eſt. Si ſic? tantumdem egero. At ſic, opinor: non poteſt: immo vero optime. Euge habeo optimam. Retraham tamen, opinor, fugitiuum illum *nebulonem: aut alio me pacto moleſtia hac expediam.*

5. ## *COLLOQVIVM III*

ex act. 4. ſc. 3.

Tullius. Martinus.

T. NVlla iam res poſthac interuenire mihi tanta poteſt, quæ mihi ægritudinem

Digitized by Google

adferat: tanta hæc lætitia oborta eſt. Dedo 1.
me nunc iam patri, vt frugalior ſim, quam
vult. *M.* Nil me fefellit: *reconciliatus eſt*,
quantum huius verba audio. Iſtuc tibi ex
ſententia tua obtigiſſe lætor. *T.* O mi
Martine, audiſtine, obſecro? *M.* Quid ni,
qui vsque vna adfuerim? *T.* Cui audiuiſti 2.
æque commode quidquam eueniſſe? *M.*
Nulli. *T.* Atque ego nunc non tam mea
cauſſa lætor: quam illius, qu*em* ego ſcio honore
et obſequio quouis dign*um* eſſe. *M.* Ita
credo, *mi Tulli*: ſed nunc, age, da te mihi
viciſſim, *vt ego me tibi dedi.* Nam amici 3.
quoque res, videnda eſt, vt in tuto collocetur:
ne quid de *vulnere Iacobi* nunc ſenex
noſter. *T. O quantum gaudium!* *M.* Quieſce.
*T. Vult, vt vna cum Philippo inter
ciues academicos meum nunc nomen profitear.*
M. Siccine mihi interloqueris. *T.* 4.
Quid faciam, *Martine?* gaudeo: fer me.
M. Fero *certe* vero. *T.* Deorum vitam adepti
ſumus. *M.* Fruſtra operam, opinor,
ſumo. *T.* Loquere: audio. *M.* At iam
hoc non ages. *T.* Agam. *M.* Videndum
eſt, inquam, vt quoque res amici tui in tuto 5.
collocetur. Nam ſi nunc a nobis abis et
Iacobum hic relinquis: illico reſciſcet ſenex,
vulneratum eum eſſe. Si abduxeris *domum
veſtram*: *res* itidem celabitur, vt adhuc
celata eſt. *T.* At enim iſtoc nihil magis

1. gis *rebus* meis aduerſum eſt: nam quo ore appellabó patrem? Tenes, quid dicam? *M.* Quid ni? *T.* Quid dicam? quam cauſſam adferam? *M.* Quid? nolo, mentiare: aperte ita, vt res ſeſe habet, narrato. *T.* Quid ais? *M.* Iubeo te *fateri, eſſe vulneratum Ia-*
2. *cobum.* *T.* Bonam atque iuſtam rem oppido imperas et factu facilem, Et ſcilicet iam me hoc orare patrem voles, vt celet ſenem veſtrum. *M.* Immo, vt recta via rem omnem narret ordine. *T.* Hem, ſatin ſanus es et ſobrius? Tu quidem illum plane perdis.
3. Nam qui in tuto eſſe ille poterit: dic mihi? *M.* Huic equidem conſilio palmam do: hic me magnifice effero, qui vim tantam in me et tantæ aſtutiæ poteſtatem habeam, vt vera dicendo eos ambos fallam; vt, quum narrat ſenex veſter noſtro, non credat tamen *domi*
4. *noſtræ et me conſcio id factum eſſe. Nouit enim hunc ſemper infenſum fuiſſe mihi.* *T.* At enim iſtoc pacto rurſum ſpem omnem *felicitatis academicæ mihi* eripis. Nam dum, *quod nullus dubito, in muſeo Philippi id contigiſſe* credet: non committet, *vt hunc contu-*
5. *bernalem habeam.* Tu fortaſſe, quid me fiat, parui curas: dum illi conſulis. *M.* Quid, malum, me ætatem id adſimulari velle cenſes? Vnus eſt dies, dum argentum *alicubi accipio.* Pax! nihil amplius. *T.* Tantum ſat habes? quid tum, quæſo, ſi hoc pater reſci-

ſciuerit? *M.* Quid, ſi redeo ad illos, qui di- 1.
cunt: quid ſi nunc cælum ruat? *T.* Metuo,
quid agam. *M.* Metuis? quaſi non ea ſit
poteſtas tua, vt te, quo in tempore velis, ex-
ſoluas *et* rem facias palam. *T.* Age, age, tra-
ducatur *Iacobus*: *ſed caue, parentibus* argen-
tum eripias. *M.* Optime: *non eſt, quod ti-* 2.
meas.

COLLOQVIVM IV
ex act. 4. ſc. 4.

Chryſologus, chirurgus. *Ioachimus. Sy-*
rus, ſeruus. *Adamus*, chirurgi fa- 3.
mulus. *Bernhardus.*

C. SAtis proterue me Syri promiſſa huc
induxerunt: *pecuniam* mihi dare pol-
licitus eſt. Quod ſi nunc me deceperit: ſæ-
pe obſecrans me, vt *ad herum ſuum* veniam,
fruſtra veniet. Aut quum venturum *me* 4.
dixero et conſtituero, quum is certe renun-
tiarit, quum herus in ſpe pendebit animi:
decipiam ac non veniam; *tum* mihi tergo
pœnas pendet. *I. Audin, Syre?* ſatis ſci-
te promittit tibi. *S.* Atqui tu *hunc* iocari
credis? Faciet, niſi caueo. *Ch. Omnino fa-* 5.
ciam, Adesdum, Adame: audiſtine, quam
villam Charini modo iſte homo demonſtra-
uit? *A.* Audiui. *Ch.* Proximam huic fundo
ad dextram? *A.* Memini. *Ch.* Curriculo
percurre: apud eum *Robertus* habitat. *S.*
Quid

Digitized by Google

1. Quid inceptat? *Ch.* Dic, me hic oppido eſſe inuitum atque *detineri*: verum me *ſtatim* venturum eſſe. *S.* Perii *certe*: mane, mane: quo mittis iſtunc, quæſo? Iube, maneat. *Ch.* Abi. *S.* Quin paratum eſt argentum. *Ch.* Quin ego maneo. *S.* Atqui iam dabitur.
2. *Ch.* Vt lubet. *S.* At ſciſne quid, ſodes? *Ch.* Quid? *S.* Transeundum nunc tibi ad *Henricum* eſt et *ſupellex* tua eo traducenda. *Ch.* Quam rem agis, ſcelus? *S.* Ego argentum cudo, quod tibi dem. *Ch.* Dignum me putas, quem illudas? *S.* Non eſt temere. *Ch.*
3. Ergo eatur. *S.* Sequere hac. Heus, *Bernharde*. *B.* Quis me vult? *S.* Syrus. *B.* Quid rei eſt? *S.* *Accede: dicam tibi in aurem. Virum hunc cum famulo* propere ad vos traduc. *B.* Quam ob rem? *S.* Ne quæras. *B.* *Forſitan* ſperas, ſumtum tibi leuatum *iri* horum abitu: *neque* ſcis, hoc paullum lucri quantum *tibi* apportet damni
4. *S.* Tu neſcis id, quod ſcis, *Bernharde*, ſi ſapies. *B.* Mutum *me* dices.

COLLOQVIVM V

ex act. 4. ſc. 5.

Samuel. Erneſtus.

5. *S.* ITa *mihi feliciter omnia et proſpere eueniant*, vt nunc me *Quirini* vicem miſeret, tantum *hodie* mali ad eum deueniſſe. *Rediit quidem filius: ſed cum vxore, cum liberis, cum ſeruis et ancillis.* Illuncne hominem alere cum illa familia? etſi ſcio, hoſce ali-

aliquot dies non ſentiet: ita magno deſide- 1.
rio fuit ei filius. Verum vbi videbit, tantos
ſibi ſumtus quotidianos domi fieri, nec fie-
ri modum: optabit, vt abeat rurſum ab ſe
filius. *Erneſtum* optime, ecce eum. *E.* Ceſ-
ſo hunc adoriri? *S. Erneſte.* *E.* Hem:
quid eſt? Te ipſum mihi iam dudum opta- 2.
bam dari. *S.* Videris nam, neſcio quid,
egiſſe cum *Quirino.* *E.* De illo, quod du-
dum? Dictum factum reddidi. *S.* Bonane
fide? *E.* Bona *profecta.* *S.* Non poſſum
pati, quin tibi caput demulceam. Accede
huc, *Erneſte*: faciam tibi boni aliquid pro 3.
iſta re, ac lubens. *E.* At ſi ſcias, quam ſcite
in mentem venerit. *S.* Vah, gloriaris eue-
niſſe ex ſententia? *E.* non *ſane* vero: ve-
rum dico. *S.* Dic: quid eſt? *E. Lamberti*
tui canem illum eſſe *Quirino* dixit *Franci-*
ſcus: et ea gratia ſecum adduxiſſe, ne tu id 4.
perſentiſceres. *S.* Probe. *E.* Dic ſodes.
S. Nimirum, inquam. E Immo ſi ſcias.
Sed porro auſculta, quod ſupereſt fallaciæ.
Seſe ipſe dicet *hominem* vidiſſe, *quum duobus*
eum imperialibus emeret: *et Nicolao ita* com-
placitam eius *indolem*, poſtquam adſpexe- 5.
rit, *vt quatuor Lamberto voluerit reddere.*
S. Quam ob rem iſtuc *ita narras, Erneſte*?
Nam prorſum nihil intelligo. *E.* Hui,
tardus es. *S.* Fortaſſe. *E. Quirinus haud*
dubie numerabit quinque: et pars argenti *no-*
bis

1. *nobis* dabitur ad *cœnam.* Qui? tenesne? *S. Ad cœnam? E.* Id ipſum. *S. Quibus? Et mihi, et tibi, et præter Franciſcum etiam Ottoni. S.* At ego illi nec do, nec ſpondeo. *E.* Non? quam ob rem? *S.* Quam ob rem, me rogas? homini? *E.* Vt lubet. Non ego, vt
2. *re vera partem lucri* dares illi, *putabam:* verum vt ſimulares. *S.* Non mea eſt ſimulatio: ita tu iſtæc tua miſceto, ne me admiſceas. *E. Tamen* ſcite ſic poterat fieri: et ego hoc eo cœpi, quia dudum tu tantopere iusſeras. *S.* Credo equidem: *et* maxime vo-
3. lo te dare operam, vt fiat; verum alia via. *E.* Fiat: quæratur aliud. Sed illud, quod tibi *hodie* dixi de argento, quod *Chriſtophorus Heinſio* debet: id nunc reddendum illi eſt. Neque tu ſcilicet eo nunc confugies: Quid mea? num mihi datum eſt? num iuſſi? num
4. il*le* oppignerare *veſtem* meam me inuito potuit? Verum illud, *Samuel,* dicunt: ius ſummum ſæpe ſumma eſt malitia. *S.* Haud faciam. *E.* Immo aliis ſi licet, tibi non licet: omnes te in lauta et bene aucta parte putant. *S.* Quin egomet iam ad *credito-*
5. *rem* deferam. *E.* Immo *Lambertum* iube potius. *S. Nolo. E.* Quam ob rem? *S.* Quia enim in eum ſuſpicio *oppigneratæ veſtis* eſt translata. *E.* Quid tum? *S.* Quia *minus* veriſimile id eſſe videbitur, quum *ipſe* illi da*bo*: et ſimul facilius ego conficiam,

quod

quod volo. *E.* Ipſe adeo adeſt: abi, *quæſo,* 1.
et effer argentum. *S. Non* effero.

COLLOQVIVM VI
ex act. 4. ſc. 6.

Felix. Prregrinus.

F. NVlla eſt tam facilis res, quin difficilis 2.
ſit, quam inuitus facias. Me vel *vna*
hæc deambulatio, quam non laborioſa, ad
languorem dedit: nec quidquam magis
nunc metuo, quam ne denuo miſer aliquo
extrudar hinc. Vt *tibi* quidem *male ſit, Pe-*
regrine, cum tuo iſtoc, quantum eſt, inuen- 3.
to *et* incepto. Huiuſmodi res ſemper mihi
comminiſceris, vbi me excarnifices. *P.* I
tu hinc, quo dignus es: quam pæne me per-
didit proteruitas tua. *F.* Vellem *ſane* fa-
ctum: ita meritus *es.* *P.* Meritus? quo-
modo? Næ me iſtuc prius ex te audiuiſſe 4.
gaudeo, quam argentum haberes, quod da-
turus iam fui. *F.* Quid igitur vis dicam ti-
bi? Abiiſti: mihi *hominem* adduxiſti, *quem*
non licitum eſt *adloqui.* *P.* Iam non ſum
iratus: ſed ſcisne, vbi nunc ſit *Tullius?* *F.*
Apud nos. *P.* Non. *F.* Vbi ergo? *P.* 5.
Apud *ſartorem.* *F.* Perii. *P.* Bono ani-
mo es: iam argentum ad *eum* deferes, quod
ei es pollicitus. *F.* Garris: vnde? *P.* A
patre. *F.* Fortaſſe ludis me. *P.* Ipſa re
experieris. *F.* Næ ego homo fortunatus
ſum:

Digitized by Google

1 ſum: deamo te, *Peregrine*. *P*. Sed pater, *vt vides*, egreditur: caue, quidquam admiratus ſis, qua cauſſa id fiat; obſecundato in loco; quod imperabit, facito; loquitor paucula.

COLLOQVIVM VII
2 *ex act. 4. ſc. 7.*

Cornelius. Peregrinus. Felix.

C. VBi *Felix* nunc eſt? *P*. Ecce me, inque. *F*. Ecce hic tibi. *C*. Dixiſti huic, quid rei eſſet? *P*. Dixi pleraque omnia. *C*. Cape
3. hoc argentum ac defer. *P*. Hei, quid ſtas, lapis? quin accipis? *F*. Cedo ſane. *P*. Sequere hac me ocyus, *Felix*: tu *vero* hic nos, dum eximus, interea opperiere, *Corneli*; nam nihil eſt, quod *nunc* moremur diutius. *C*. *Imperiales* quidem iam decem habet a me
4. filius, quos pro alimentis nunc datos eſſe duco: hosce *veſtimentis* conſequentur alteri: porro hos duo *didactri aureos* apponſcunt. *Ah*, quam multa iniuſta ac praua fiunt moribus! Mihi nunc inuentus eſt *tandem* aliquis, *pro dolor*, quod credere olim
5. nolui, cui dem bona mea labore inuenta.

COLLOQVIVM VIII
ex act. 4. ſc. 8.

Cornelius. Marcus.

C. MVlto omnium nunc me fortunatiſſimum factum puto, quum *filium* re-

ſipuiſſe intelligo. *M.* Vt errat! *C.* Te ipſum 1.
quærebam, *Marce*: ſerua, quod in te eſt,
filium et me. *M.* Cedo: quid vis, faciam?
C. Rediit nuper filius tuus. *M.* Quid tum?
C. Hunc contubernalem ſibi dari vult *Ioannes meus.* *M.* Quæſo, quid tu hominis es?
C. Quid? *M.* Iamne oblitus es, quid dictum 2.
inter nos de fallacia ſit, vt ea via abs te argentum auferretur? *C.* Scio. *M.* Ea res nunc
agitur ipſa. *C.* Quid dixiſti, *Marce?* Erraui: res acta eſt: quanta de ſpe decidi? *M.*
Immo *hic* quidem, qui apud te eſt, *Ioannis tui* amicus, *peſſimus homo* eſt. *C.* Ita aiunt. 3.
M. Et tu credis? *C.* *Non* omnia. *M.* Et illum aiunt *dediſſe hoc filio tuo conſilium.* *C.*
Ah, fruſtra igitur gauiſus ſum miſer. Quiduis tamen malo, quam *filium* amittere. Quid
nunc renuntiem abs te reſponſum, *Marce*:
ne ſentiat me ſenſiſſe, atque ægre ferat? *M.* 4.
Aegre? Nimium illi indulges, *Corneli.* *C.*
Sine: inceptum eſt: perfice hoc mihi perpetuum. *M.* Dic conueniſſe, egiſſe te de
contubernio. *C.* Dicam: quid deinde? *M.*
Me facturum eſſe omnia, *muſeum* placere:
poſtremo etiam, ſi voles, *neque vxori meæ in-* 5.
gratum id eſſe dicito. *C.* Hem, iſtuc volueram. *M.* Vt tanto ocyus te poſcat: et
tu id, quod cupis, quam ocyſſime vt des. *C.*
Cupio. *M.* Ne tu propediem, vt iſtam
rem video, iſtius obſaturabere. Sed hæc

vt

Digitized by Google

1. vt vt ſunt: cautim et paullatim dabis, ſi ſapies. C. Faciam. M. Abi intro: vide, quid poſtulet. Ego domi ero, ſi quid me voles. C. Sane volo: nam te ſcientem faciam, quidquid egero.

2. # SECTIO V
eiusque
COLLOQVIVM I
ex act. 5. ſc. 1.

3. *Aſcanius. Claudianus. Valerius.*

A. EGo me non tam aſtutum, neque ita perſpicacem eſſe; id ſcio, *Claudiane*: ſed hic adiutor meus et monitor et præmonſtrator *Valerius* hoc præſtat mihi. In me quiduis harum rerum conuenit, quæ in
4. ſtultum dicta ſunt, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus: in illum nil poteſt, exſuperat eius ſtultitia hæc omnia. *Cl.* Ohe, deſine me blaterando obtundere: niſi ex tuo *me* ingenio iudicas, vt nihil credas intelligere, niſi idem dictum eſt centies. *A.* Ha, ha, he.
5. *Cl.* Quid riſiſti? *A.* *Iuſtini* calliditates in mentem venere. *Cl.* Itane? *A.* Vultus quoque hominum fingit ſcelus. *Cl.* Idem iſtuc *et* mihi in mentem venit. *Sed ecce Valerium.* *A.* Hem, *Valeri*: aduenis? Dic mihi: nuntiaſtine *Iuſtino*, quæ dixi? *V.*

Digitized by Google

Omnia. *A.* Quid ait? *V.* Veterator. *A.* 1.
Magis ita rem eſſe putes, ſi magis noris. *V.*
Ain tu? *A.* Quin tu auſculta: *ſi* ſcire expe-
tis, quid perdideris. *V.* Quid eſt? *A.* Au-
di modo. Eſt tibi conclaue quoddam retro
in vltimis ædibus. *V. Ita eſt.* *A.* Huc in-
tro latus lectus eſt, veſtimentis ſtratus. *V.* 2.
Scio. *A. Hunc in muſeum ſuum aſportari
iuſſit heri.* *V.* Mira narras. Quid Syrus
meus? ne is quidem quidquam? *A.* Nihil.
V. Quam ob rem? *A.* Neſcio equidem: ſed
te miror, qui alia tam plane ſcias; ac ne paul-
lulum quidem ſuboleas, amicum eſſe hunc 3.
et ſocium Iuſtini. *V.* Quid ais? *A.* Mitto
iam, *eum rerum omnium eſſe conſcium et par-
ticipem*: id nil puto. *Ipſe etiam auctor con-
ſidii eſt, et lectum ipſe vendidit.* *V. Miror
ſane.* *H.* Quid? iſtuc *miraris*, quod ope-
ram amico dat? *V.* Immo, quod in re ma- 4.
la: ſi dat: *A.* An tibi dubium id eſt? *Igitur*
merito nunc ego mihi ſuccenſeo. Quot
res dederunt, vbi poſſem perſentiſcere, ni
eſſem lapis? quæ vidi? Væ miſero mihi!
At næ illud haud inultum ferent; ſi viuo:
nam iam; *A.* Non tu te cohibes? non te 5.
reſpicis? non tibi ego ſatis exempli ſum?
V. Præ iracundia non ſum apud me, *Aſconi.*
A. Tene iſtuc loqui? nonne id flagitium eſt,
te aliis conſilium dare, foris ſapere, tibi non
poſſe te auxiliari? *V.* Quemquamne animo
tam

Digitized by Google

1. tam communi eſſe aut leni putas, qui ſe vidente *res ſuas* dilapidari patiatur? Sed quid faciam? *A.* Id, quod me parum feciſſe aiebas *hodie*: fac, te patrem eſſe ſentiat; fac, vt audeat tibi credere omnia, abs te petere et poſcere, ne quam aliam quærat copiam ac
2. te deſerat. *V.* Immo abeat multo malo quouis gentium, quam hic per flagitium ad inopiam redigat patrem. Nam ſi illi pergo ſuppeditare ſumtibus, mihi vere ad raſtros res illæc redit. *A.* Quot incommoda tibi capies in hac re, niſi caues? Difficilem te
3. eſſe oſtendes, et tamen poſt ignoſces: et id ingratum. *V.* Ah neſcis, quam doleam. *In ergaſtulum dabo filium.* *A.* Quin ego vero, quam ob rem id facias, neſcio. *V.* *E*gone? Vt illius animum, qui nunc luxuria et laſciuia diffluit, retundam: *vt* redigam,
4. vt quo ſe vertat, neſciat. *A.* Quid agis? *V.* Mitte, ſine me in hac re mihi morem gerere: *nam* ita *nunc factu æque ac* dictu opus eſt. *A.* Sino: itane vis? *V.* Ita. *A.* Fiat. *V.* Sed Syrum. *A.* Quid eum? *V.* Egone? Si viuo: adeo exornatum da-
5. bo, adeo depexum, vt, dum viuat, mei ſemper meminerit; qui *quaſi* pro ridiculo me ſibi ac delectamento putat. Non auderet hæc viduæ mulieri facere, quæ in me fecit.

COLLOQVIVM II — 1.
ex act.5.ſc.2.

Iuſtinus. Aſconius. Valerius. Syrus.

I. ITane tandem, quæſo, eſt, *Aſconi*, vt pater in tam breui ſpatio omnem de me animum patris abiecerit? quodnam ob facinus? quid ego tantum ſceleris admiſi miſer? 2.
Vulgo id faciunt. *A.* Scio tibi hoc eſſe multo grauius ac durius, cui ſit: verum ego haud minus ægre id patior; qui neſcio, nec rationem capio, niſi quod tibi bene ex animo volo. *I.* Hic patrem adſtare aiebas? 3.
A. Ecce eum. *V.* Quid me incuſas, *Iuſtine*? Quidquid ego huius feci, tibi proſpexi et ſtultitiæ tuæ. Vbi te vidi animo eſſe omiſſo; et prima habere, quæ ſuauia eſſent in præſentia; neque conſulere in longitudinem: cepi rationem, vt neque egeres ne- 4.
que hæc bona mea poſſes perdere. Vbi, cui decuit primo, tibi non licuit per te mihi dare, *quæ poſſideo*: abii ad proximos, qui tibi erant; eis commiſi et credidi. Ibi ſtultitiæ tuæ ſemper erit præſidium: victus, veſtitus, quo in tectum te receptes. *I.* Hei mihi! 5.
itane exheredas me? *V.* Satius eſt, quam te ipſo herede hæc poſſidere *illos, quorum prauis conſiliis moribusque obſequeris.* *S.* Diſperii: ſceleſtus quantas turbas conciui inſciens? *I.* Emori cupio. *V.* Prius, quæſo, di-

1. diſce, quid ſit viuere. Vbi ſcies, ſi displice-
bit vita: tum iſtoc vtitor. *S.* Here, licet-
ne? *V.* Loquere. *S.* At tuto? *V.* Loque-
re. *S.* Quæ iſta eſt prauitas, quæue amen-
tia eſt: quod ego peccaui, id obeſſe huic?
V. Ilicet, ne te admiſce: nemo accuſat te:
2. nec tu aram tibi neque precatorem parau*e*-
ris. *S.* Quid agis? *V.* Nil ſuccenſeo, nec
tibi nec huic: nec vos æquum eſt, quod fa-
cio, mihi. *S.* Abiit, *Iuſtina*: vah, rogaſſe
vellem. *I.* Quid, Syre? *S.* Vnde mihi ci-
bum peterem: ita nos alienauit. Tibi iam
3. eſſe ad *fratrem* intelligo. *I.* Adeone rem
rediiſſe, vt periculum etiam fame mihi ſit?
S. Modo viuere liceat: ſpes eſt. *I.* Quæ?
S. Nos eſurituros ſatis. *I.* Irrides in tanta
re, neque me quidquam conſilio adiuuas?
S. Immo et ibi nunc ſum et vsque dudum id
4. egi, dum loquitur pater: et, quantum ego
intelligere poſſum, *I.* Quid? *S.* non longi-
us abierit. *I.* Quid ergo eſt? *S.* Matres o-
mnes filiis in peccato adiutrices, auxilio in
paterna iniuria eſſe ſolent: *ad matrem igi-
tur confugiendum puto.* Hac enim recon-
5. ciliata facile patrem quoque ad miſericor-
diam adduces. *Sin minus*, ego fugio: ſe-
ni *enim* noſtro nihil fidei habeo; *et* adhuc
quod factum eſt, miror, non iuſſiſſe illico me
arripi. *I.* Verum *quidem* dicis, *Syre*: *ſed*
dicam *et* ego, quod mihi in mentem venit;

tu diiudica. Dum *matri* ſolus fui; dum 1.
nulla alia delectatio, quæ propior eſſet: *mi-*
bi indulgeb*at*, *mihi* dab*at*. Nunc poſtquam
frater rediit, quem *in prælio Hochſtadienſi*
occidiſſe ſex annos integros credidimus: *ſin-*
gulis fere diebus inuenta cauſſa eſt, qua *me*
obiurgaret. *E.* Veriſimile eſt. *I.* Quid 2.
ergo nunc faciam, Syre? *S.* Non arbitror,
ob hoc peccatum *adeo grauiter* iraſ*ci patrem*
poſſe. *Quid, ſi obfirmes te?* Namque ado-
leſcens quam minima in ſpe ſitus erit, tam
facillime patris pacem in leges ſuas confi-
ciet. *I.* Id non *fiet*, *Syre*: aliud ſpectan- 3.
dum videtur. Ad *patruum* hinc pergam:
eum mihi precatorem par*abo*. *S.* Sat re-
cte hoc *tibi* in mentem venit: *ſed* rem
omnem palam profer *ita, vt acta eſt*. *I.* Recte
ſuades: faciam.

4.

COLLOQVIVM III

ex act. 5. ſc. 3.

Seuerus. Valerius.

S. PRofecto, niſi caues, tu homo aliquid 5.
mali conficies gnato: idque adeo mi-
ror, qui tam ineptum quidquam in mentem
venire tibi potuerit, mi *frater*. *V.* Oh,
pergisne *inſanire*? vllamne ego rem vm-
quam volui, quin tu in ea mihi aduerſarius
fu-

1. fueris? At ſi iam rogitem, quid eſt, quod
peccem aut quam ob rem id faciam: neſci-
as. In qua re nunc tam confidenter reſtas,
ſtulte? *S.* Oh, iniquus es, qui me tacere de
tanta re poſtules. *V.* Non poſtulo, iam lo-
quere: nihilo minus ego hoc faciam tamen.
2. *S.* Facies? *V.* Verum. *S.* Non vides, quan-
tum mali ex ea re excites? *Militiæ daturus
nomen eſt, vt audio.* *V.* *Militiæ?* ain tu?
S. Certe, inquam, mi *frater.* *V.* *Dic, ad me
hoc nihil pertinere.* *S.* Au, obſecro te; ego-
ne *dicam ad te* non *pertinere* filium? *V.*
3. Quid, metuis, ne non *ſit nobis*, *qui bona
hæc dilapidet*: *an*, quod magis credendum
ſit, *impulſu matris ita loqueris*? Nam huius
probe ſimilis eſt: nam illi nihil vitii eſt re-
lictum, quin ſit et idem *huic*: tum præterea
talem, niſi *hæc*, nulla filium pareret.
4.

COLLOQVIVM V

ex act.5.ſc.4.

Iuſtinus. *Valerius.*

5. *I.* SI vmquam vllum tempus fuit, *pater*,
quum ego tibi voluptati fuerim: ob-
ſecro, vt eius memineris atque inopis mei
nunc miſereſcat te. *V.* Tu vero ſi me a-
mas *aut* metuis: caue, in te eſſe iſtos mores
ſentiam. *I.* Quos? *V.* Si ſcire vis, ego di-

eam: gerro, iners, fraus, helluo, ganeo, damnoſus. Hos, *inquam*, caue, poſthac in te mores eſſe ſentiam: non *enim* patiar, me infamem fieri flagitiis tuis. *I. Neſcio profecto, vtrum parentes habeam nec ne*: non *enim* hæc parentis dicta ſunt. *V.* Quæris id, quod habes, parentes: quod abeſt, non quæris; quomodo obſequaris patri et ſerues, quod labore inuenerit. *Me ſane* pudet dicere, *quid feceris*: at te id facere nullo modo puduit. *I.* Eheu, quam ego nunc totus diſpliceo mihi! quam pudet! neque, quod principium incipiam ad placandum, ſcio. Obſecro, mi *pater*, *ne* iſtuc in animum inducas, *me* poſthac *facturum talia*.

1.

2.

3.

COLLOQVIVM V

ex act. 5. ſc. 5.

Henricus. Valerius. Iuſtinus. Seuerus. 4.

H. ENimuero *Valerius* nimis grauiter adoleſcentulum cruciat nimisque inhumane: exeo ergo, vt pacem conciliem. Optime, ipſos video. *V.* Ehem, *Seuere*, cur non arceſſi iubes *milites?* *H. Valeri*, obſecro te, ne facias. *I.* Pater, obſecro, vt mihi ignoſcas. *H.* Da veniam, *Valeri*: ſine, te exoret. *V.* Egone mea bona vt dem *prodigo huic* ſciens? Non faciam. *H.* At id nos non ſinemus. *I.* Si me viuum vis, pater; ignoſce. *S.* Age, mi *frater*. *H.* Age 5.

1. ge, quæſo: ne tam obfirma te, *amice*. *V.*
Quid iſtuc? Video non licere, vt cœperam,
hoc pertendere. *H.* Facis, vt te decet. *V.*
Ea lege hoc adeo faciam: ſi facit id, quod
ego hunc æquum cenſeo. *I.* Pater, omnia
faciam: impera. *V. Scholam vt denuo fre-*
2. *quentes.* *I.* Pater. *V.* Nihil audio. *H.*
Ad me recipio: faciet. *V.* Nil etiam audio
ipſum. *I.* Perii. *S.* An dubitas, *Iuſtine*?
V. Immo, vtrum vult? *H.* Faciet omnia.
S. Hæc dum incipias, grauia ſunt; dumque
ignores: vbi cognoueris, facilia. *I.* Fa-
3. ciam, pater. *H. Iuſtine*, ego tibi dabo
contubernalem, quem tu facile ames, *Ioa-*
chimum, *vicini* noſtri fili*um*. *I. Rixoſum*ne
ill*um hominem*, cæſium, ſparſo ore, ad-
unco naſo? Non poſſum, pater. *V.* Eia,
vt elegans eſt! *H.* Ali*um* dabo. *I.* Quid
4. iſtuc? quandoquidem *accipiendus* eſt:
egomet habeo propemodum, qu*em* volo.
H. Profer palam. *I. Benedictum.* *V.* Per-
placet. *I.* Pater, hoc nunc reſtat. *H.*
Quid? *I.* Syro *etiam* ignoſcas, volo,
quæ mea cauſſa fecit. *V.*
5. Fiat. *H.* Valete et
plaudite.

COL-

COLLOQVIORVM 1.
TERENTIANORVM
LIBER IV
SIVE
ADELPHI. 2.

COLLOQVIVM INITIALE
ex prologo.

Cato. *Antonius.*

C. *QVid audis, Antoni? Pergitne comœdias* 3.
ſcribere Terentius? A. Pergit quidem,
mi Cato: ſed ſimul ſentit, ſcripturam ſuam
ab iniquis obſeruari; et aduerſarios in pe-
iorem partem rapere, quam *cras* acturus
eſt. C. Quam ob rem? A. Ipſe de ſe indicio 4.
erit *in prologo, quem heri legi; ſpectatores au-*
tem vult eſſe iudices, laudine an vitio duci
factum id oporteat. *C. Exſpecto, quid ſit.*
A. Ergo audi. SYNAPOTHNESCONTES Di-
phili comœdia eſt: eam COMMORIENTES
Plautus fecit fabulam. In græca Plautus 5.
locum *quemdam* integrum reliquit *et inta-*
ctum: eum hic ſibi in Adelphos ſumſit, ver-
bum*que* de verbo expreſſum extulit. Eam
cras acturus eſt nouam: *quare fac adſis, vt*
pernoſc*as*, furtumne factum exiſtim*es*, an
lo-

1. locum reprehenſum *atque vſurpatum*, qui præteritus negligentia eſt. *C. Verum* dicunt, homines nobiles eum adiutare aſſidueque vna ſcribere. *A. Iſtud quidem* dicunt maleuoli. *Sed* quod illi maledictum vehemens exiſtimant: eam laudem hic ducit ma-
2. ximam, quum illis placeat, qui *no*bis vniuerſis et populo placent; quorum opera in bello, in otio, in negotio, ſuo quisque tempore ſine ſuperbia vſus eſt. *C.* Argumentum fabulæ exſpe*cto*. *A.* Senes, qui primi venient: hi partem aperient, partem in agendo
3. oſtendent. Fac *modo*, vt æquanimitas *tua* induſtriam poetæ ad ſcribendum augeat.

LIBRI IV

SECTIO I

4. eiusque

COLLOQVIVM I

ex act. 1. ſc. 1.

Lucanus. Tiro.

5. *L.* ERgo non rediit hac nocte a cœna *Ludouicus? T. Neque ipſe rediit*: neque ſeruulorum quisquam, qui aduerſum ierant. *L.* Ego *vero*, quia non rediit, quæ cogito; quibus nunc rebus ſollicitor: ne aut alſerit, aut vſpiam ceciderit, aut perfrege-

gerit aliquid? Vah, quemquamne homi- 1.
nem in animum inſtituere aut parare, quod
ſit carius, quam ipſe ſibi eſt! Atqui ex me
hic natus non eſt, ſed ex fratre: is adeo diſ-
ſimili ſtudio eſt.* Iam inde ab adoleſcentia
ego clementem hanc vrbanam vitam atque
otium ſecutus ſum: et, quod fortunatum 2.
iſti putant, vxorem numquam habui. Ille
contra hæc omnia: ruri vitam agere, ſemper
parce ac duriter ſe habere, vxorem duxit,
nati filii duo. Inde ego hunc maiorem ad-
optaui mihi: eduxi a paruulo, habui, amaui
pro meo: in eo me oblecto, ſolum id carum 3.
mihi eſt. Ille vt item contra me habeat, fa-
cio ſedulo: do, prætermitto, non neceſſe
habeo omnia pro meo iure agere. Poſtre-
mo quæ clamculum alii patres faciunt, quæ
fert adoleſcentia; ea ne me celet, conſue-
feci filium: nam qui mentiri aut patrem fal- 4.
lere inſueuerit aut audebit; tanto magis au-
debit ceteros. *T.* Prudenter facis, *Lucane*:
nam pudore et liberalitate retinere liberos,
ſatius eſſe credo, quam metu. *L. Sed* hæc
fratri mecum non conueniunt, neque pla-
cent. Venit ad me ſæpe clamitans. Quid a- 5.
gis, *frater*? cur perdis nobis adoleſcentem?
cur *ludit*? cur *equo vehitur*? cur tu his re-
bus ſumtum ſuggeris? Veſtitu nimium in-
dulges: nimium ineptus es. *T. Scio, Luca-
ne*: nimium ipſe durus eſt, præter æquum
et

Digitized by Google

1. et bonum; et mea quidem ſententia lon-
ge errat, qui grauius imperium aut ſtabi-
lius eſſe credat, vi quod fit, quam illud,
quod amicitia adiungitur. *L. Recte putas,*
Tiro. *Vnde* mea ſic eſt ratio et ſic animum
induco: Qui malo coactus officium ſuum
2. facit, dum id reſcitum iri credit, tantisper
cauet: ſi clam ſperat fore, rurſum ad inge-
nium redit. Ille, quem beneficio adiungas,
ex animo facit, par referre ſtudet, præſens
abſensque idem erit. *T.* Atque hoc *qui-*
dem patrium eſt, conſuefacere filium ſua
3. ſponte potius, quam alieno metu recte fa-
cere: hoc pater intereſt ac dominus; qui
hoc nequit, fateatur ſe neſcire liberis impe-
rare. Sed eſtne hic ipſe, de quo agebas, *Lu-*
cane? Et certe is eſt. *L.* Neſcio, quid tri-
ſtem video: credo, iam; vt ſolet, iurgabit.
4. Saluum te aduenire, *frater*, gaudemus.

COLLOQVIVM II

ex act. 1. ſc. 2.

Martinus. Lucanus. Tiro.

M. EHem, opportune! te ipſum quærito.
5. *L.* Quid triſtis es? *M.* Rogas me, quid
triſtis ſim ego, vbi nobis *Ludovicus* ſit? *L.*
Dixine hoc fore? quid fecit? *M.* Quid ille
fecerit: quem neque pudet quidquam, nec
metuit quemquam, neque legem vllam ſe
tenere putat? Nam illa, quæ antehac facta

ſunt,

ſunt, omitto: modo quid deſignauit? *L.* 1.
Quidnam id eſt? *M.* Fores effregit atque in
ædes alienas irruit, ipſum dominum atque
omnem familiam ad mortem vsque multa-
uit; clamant omnes, factum eſt indigniſſi-
me. Hoc aduenienti mihi quot dixere?
Omni populo in ore eſt. Denique ſi confe- 2.
rendum exemplum eſt: non fratrem videt
rei dare operam, ruri eſſe parcum et ſobri-
um? Nullum huius factum ſimile. Hæc
quum illi dico: tibi, frater, dico; tu illum
corrumpi ſinis. *L.* Homine imperito num-
quam iniuſtius quidquam *eſt*: qui nihil re- 3.
ctum putat, niſi quod ipſe facit. *M.* Quor-
ſum iſtuc? *L.* Quia tu hæc mala iudicas,
Martine. Crede mihi, non eſt flagitium,
ludere adoleſcentulum; neque *equo vehi*:
non eſt; neque fores effringere. Hæc ſi
neque ego, neque tu fecimus: non ſiuit ege- 4.
ſtas nos facere. Tu nunc tibi id laudi du-
cis, quod tum feciſti inopia: iniurium eſt.
Nam ſi eſſet, vnde id fieret: faceremus. Et
tu ſi eſſes homo: nunc potius illum tuum
facere ſineres, dum per ætatem licet; quam
vbi te exſpectatum foras eieciſſet. *Nam* a- 5.
lieniore ætate poſt faceret tamen. *M.* Pro
iniquitas inuerſique mores! Tu me homo
adigis ad inſaniam? non eſt flagitium facere
hæc adoleſcentulum? *L.* Ah, auſculta: ne
me de hac re ſæpius obtundas. Filium tuum
mihi

Digitized by Google

1. mihi adoptandum dediſti. Is meus factus
eſt: ſi quid peccat, mihi peccat; ego illi
maximam partem feram. Obſonat, ludit,
olet vnguenta? de meo. *Equo vehitur?*
a me argentum dabitur, dum erit commo-
dum: vbi non erit, fortaſſe excludetur fo-
2. ras. Fores effregit? reſtituentur. Di-
ſcidit veſtem? reſarcietur. Eſt, d*eo* gra-
tia, et vnde hæc fiant: et adhuc non mole-
ſta ſunt. Poſtremo aut deſine, aut cedo
quemuis arbitrum: te plura in hac re pec-
care oſtendam. *M.* Hei mihi! pater eſſe
3. diſce ab aliis, qui vere ſciunt. *L.* Natura
tu illi pater es: conſiliis ego. *M.* Tune
quidquam conſulis? *L.* Ah, ſi pergis, abie-
ro. *M.* Siccine agis? *L.* An ego toties de
eadem re audiam? *M.* Curæ mihi eſt. *L.*
Et mihi eſt curæ. Verum æquam vterque
4. partem curemus, *Martine*: tu alterum, e-
go item alterum; nam ambos curare pro-
pemodum repoſcere illum eſt, quem dedi-
ſti. *M.* Ah, *Lucane.* *L.* Mihi ſic videtur.
M. Quid iſtuc? Si tibi iſtuc placet: pro-
fundat, perdat, pereat; nihil ad me attinet.
5. Iam ſi verbum vnum poſthac. *L.* Rurſum
iraſceris, *Martine*? *M.* Annon credis? re-
petone ego? Aegre eſt: alienus non ſum,
ſi obſto. Hem deſino. Vnum vis curem:
curo; et d*eo* gratia eſt, quum ita eſt, vt vo-
lo. Iſte tuus ipſe ſentiet poſterius: nolo

in illum grauius dicere. *Vale.* *T. Non* 1.
adeo male iudicar*e mihi Martinus videtur,*
vt putabam. *L.* Nec nihil, neque omnia
ſunt, quæ dicit. Tamen moleſta hæc mi-
hi ſunt, *quæ fecit Ludouicus*: ſed ægre me pa-
ti, oſtendere illi nolui. Nam ita eſt homo.
Quum placo: aduerſor ſedulo, et deter- 2.
reo; *et* tamen vix humane patitur. Verum
ſi augeam, aut etiam adiutor iracundiæ eius
ſim: inſaniam profecto cum illo; etſi *Lu-*
douicus nonnullam nobis in hac re iniuriam
facit. *Quid enim non molitus eſt, aut quas*
non turbas huc vsque dedit? Poſtremo nu- 3.
per (credo, iam omnium tædebat) dixit *ad*
litteras redire velle. Sperabam, iam defer-
uiſſe adoleſcentiam; gaudebam: ecce au-
tem de integro. *Sed* quidquid eſt: volo
ſcire atque hominem conuenire, ſi apud
forum eſt. 4.

SECTIO II

eiusque

COLLOQVIVM 1

ex act. 2. ſc. 1. 5.

Fridemannus, famulus. *Henricus*, herus. *Marcus*, miles. *Delphinus*, decurio.

Fr. OBſecro, populares: ferte miſero at-
que innocenti auxilium, ſubuenite
in-

1. inopi; *cogor ad militiam.* *H.* Otioſe, nunc iam illico hic conſiſte. Quid reſpectas? Nihil periculi eſt: numquam, dum ego adero, hic te tanget. *M.* Ego iſtum inuitis omnibus, *Delphine.* *H. Ne time, Frideman-ne*: quamquam hic ſceleſtus eſt, non com-
2. mittet hodie vmquam, vt iterum vapulet. *Tu vero* audi, *Delphine*; ne ignarum te fuiſſe dicas *conditionis meæ*: ego *caupo* ſum *et ciuis.* *D.* Scio. *H.* At ita, vt vsquam fuit fide quisquam optima. *Vnde*, quod poſterius te purges, nolle hanc mihi factam
3. iniuriam eſſe: huius non faciam. Crede hoc, ego meum ius perſequar: neque tu verbis vmquam ſolues, quod re mihi male feceris. Noui ego veſtra hæc; nollem factum; dabitur iuſiurandum, indignum te hac iniuria eſſe: quum indignis egomet mo-
4. dis acceptus ſim. *D. Marce*, abi præ ſtrenue ac fores aperi. *M. Apertæ ſunt*: i nunc iam intro. *H.* At enim non ſinam. *D.* Accede illuc, *Marce*; nimium abiiſti iſtoc: hic propter hunc adſiſte. Hem, ſic volo: caue, nunc iam oculos tuos a meis oculis quo-
5. quam dimoueas; ne mora ſit, ſi innuerim, quin pugnus continuo in mala hæreat. *H.* Iſtuc quidem ego experiri volo. *D* Hem, ſerua *hominem*: *cauponem* omitte. *Fr.* O facinus indignum! *D.* Geminabit, niſi caues. *Fr.* Hei miſero mihi! *D.* Non innu-

 eram:

eram: verumtamen in iſtam partem potius 1.
peccato. I nunc iam. *H.* Quid hoc rei
eſt? regnumne hic tu poſſides? *D.* Si poſ-
ſiderem, ornatus eſſes ex tuis virtutibus.
H. Quid rei tibi mecum eſt? *D.* Nihil. *H.*
Quid? noſtine, qui ſim? *D.* Non deſide-
ro. *H.* Tetigine quidquam tui? *D.* Si at- 2.
tigiſſes, ferres infortunium. *H.* Qui tibi
licet *iniuriam facere aliis*? Reſponde. *M.*
Ante ædes non feciſſe huic conuicium erit
melius: nam ſi moleſtus eſſe pergis, iam in-
tro abripiere atque *in propriis ædibus* vsque
ad necem operiere loris. *H.* Loris liber? 3.
M. Sic erit. *H.* O hominem impurum!
Hiccine libertatem aiunt æquam eſſe omni-
bus? *D* Si ſatis iam debacchatus es, *ſceleſte*:
audi nunc iam, ſi vis. *H.* Egone debac-
chatus autem ſum, an tu in me? *D.* Mit-
te iſta, atque ad rem redi. *H.* Quam rem? 4.
quo redaem? *D.* Iamme me vis dicere? *H.*
Cupio, modo æqui aliquid. *D.* Vah, *homo
nequam* iniqua me non vult loqui. *H.* *Sce-
lus quid loquitur*? *Caupo ſum*, fateor. *D.*
Periurus *es*, peſtis *et* communis adoleſcen-
tium pernicies. *H.* Nulla tibi iniuria *vm-* 5.
quam a me orta eſt. *D.* Nam *certe* etiam
hoc reſtat. *Sed quid reſtare dico, quod iam
factum eſt*? *Nuper veſtem* emiſti viginti *im-
perialibus*, quæ res tibi male vertat: *hanc a
te nunc poſtulo*; *et* argenti tantum dabitur.

H.

Digitized by Google

1. *H.* Quid, ſi ego illam nolo vendere? coges me? *D.* Minime: *ſed* neque vendendam cenſeo, quæ *mea* eſt. *Qam ob rem* vide: vtrum vis argentum accipere, an cauſſam tuam meditari? Delibera hoc, dum ego redeo. *Tú vero, Marce, me hac cum homine ſequere:*
2. *et vide, ne euadat.* *H.* Pro iniquitatem! Minime miror, qui inſanire occipiunt ex iniuria. Domo *ſeruum* eripuit, verberauit, hominique plus quingentos colaphos infregit: nunc abdu*cit etiam* inuito me *et* ob malefacta hæc tantidem emtam ſibi *veſtem* tra-
3. di poſtulat. Verum enim, quando *mutari non poteſt*, fiat: ſuum ius poſtulat. Age, iam cupio: ſi modo argentum reddat. Sed ego hæc hariolor: vbi me tanti dare dixero, illico teſtes faciet me vendidiſſe; de argento ſomnium; mox, cras redi. Id quoque
4. poſſum ferre, ſi reddat modo: quamquam iniurium eſt. Verum cogito id, quod res eſt: quando *a me veſtem acceperit*; nemo dabit, *immo non modo* accipienda, *ſed* muſſitanda etiam iniuria *hominis erit*. Sic fruſtra egomet has rationes puto.

5.

COLLOQVIVM II
ex act. 2. ſc. 2.

Sempronius. Tobias.

S. QVid iſtuc eſt, *Tobia*, quod te audio cum hero, neſcio quid, concertaſſe?

T. Numquam vidi concertationem iniquius comparatam, quam quæ hodie inter nos fuit: ego vapulando, ille verberando, vsque ambo defeſſi ſumus. *S.* Tua culpa. *T.* Quid agerem? *Mercedem, qua cum ipſo pactus ſum, poſtulaui.* *S.* Adoleſcenti morem geſtum oportuit. *T.* Qui potui melius, qui hodie vsque os præbui? *S.* Age, ſcis, quid loquar? Pecuniam in loco negligere maximum interdum eſt lucrum. *T.* Hui! *S.* Metuiſti, ſi nunc de iure tuo paullulum conceſſiſſes atque morigeratus adoleſcenti eſſes: ne non tibi iſtuc feneraret, hominum homo ſtultiſſime? *T.* Ego ſpem pretio non emo. *S.* Numquam rem facies. Abi: neſcis ineſcare homines, *Tobia.* *T.* Credo, iſtuc melius eſſe: verum ego numquam adeo aſtutus fui, quia, quidquid poſſem, mallem potius in præſentia auferre. *S.* Age, noui tuum animum: quaſi quidquam tibi ſint *imperiales quatuor*, dum huic obſequaris. Præterea autem te aiunt proficiſci *Lipſiam.* *T.* Hem. *S.* Cœmiſſe hinc multa, quæ illuc veheres: *currum* conductum. *T. Multum erras.* S. Hoc ſcio, animus tibi pendet: *neque tamen dubito, futurum id, quod dicunt.* *T.* Nusquam pedem. Perii ſane: hac ſpe hoc illi inceperunt. *T.* Timet: ſcrupulum inieci homini. *S.* O ſcelera! illud vide, vt in ipſo articulo oppreſſit.

1 ſit. Emtæ *ſunt ſellæ* complures et itém hinc alia, quæ *Lipſiam* porto. Ni eo ad mercatum venio, damnum maximum eſt. Nunc ſi hoc omitto: vbi illinc rediero, actum agam. Nihil eſt, refrixerit res: nunc demum venis, *inquiet*? cur paſſus? vbi eras?
2. Vt ſit ſatius perdere, quam aut hic manere tam diu aut tum perſequi. *S.* Iamne enumeraſti id, quod ad te rediturum putes? *T.* Hoccine illo dignum eſt, hoccine incipere *herum*: vt per oppreſſionem mihi meum eripere poſtulet? *S.* Labaſcit *iam*: *ne de-*
3. *ſponde animum. Ego* vnum hoc habeo: vide, ſi ſatis placet. *Nimirum* fac potius diuiduum, quam in periculum venias, ſeruesne an perdas totum: *duos imperiales* corradet alicunde. *T.* Hei mihi! Etiam de *mercede* nunc miſer venio in dubium: qui *præ-*
4. *ter hanc auctoramentum quoque exſpectabam.* Nihil pudet? Omnes dentes mihi labefecit, præterea colaphis tuber eſt caput totum: etiam inſuper defraudet? Nusquam abeo. *S.* Vt lubet. Numquid vis, quin abeam? *T.* Immo *ſane* hoc quæſo, vt
5. vt hæc facta ſunt, meum mihi reddatur potius, quam lites ſequar: ſaltem *quantum promiſit mihi.* Scio, te non vſum antehac amicitia mea: memorem me et gratum eſſe dices. *S.* Sedulo faciam: paullisper mane.

Digitized by Google

COLLOQVIVM III 1.

ex act. 2. ſc. 3.

Chriſtianus. Polycarpus.

Ch. ABs quouis homine, quum opus eſt, beneficium accipere gaudeas: verum enim vero id demum iuuat, ſi is, quem 2.
facere æquum eſt, bene facit. O frater, frater: quid ego nunc laudem te? Satis certo ſcio: numquam ita magnifice quidquam dicam, quin virtus tua id ſuperet. Itaque vnam hanc rem præter alios me præcipuam habere arbitror: nemini eſſe fratrem pri- 3.
marum artium *ac virtutum* magis principem. *P.* O *Chriſtiane*! *Ch.* O *Polycarpe*! vbi eſt *frater meus*? *P.* Domi te exſpectat. *Ch.* Hem! *P.* Quid eſt? *Ch.* Quid ſit? Illius opera nunc viuo. Feſtiuum caput, qui omnia ſibi poſtputarit eſſe præ meo commodo: male- 4.
dicta, famam, meumque et peccatum et *periculum* in ſe transtulit. *P.* Nihil ſupra. *Ch.* Sed quidnam? Foris crepuit. *P.* Mane, mane: ipſe exit foras.

COLLOQVIVM IV 5.

ex act. 2. ſc. 4.

Hermannus. Chriſtianus. Argyrophilus.

H. EHem, opportune: te ipſum quærito, *Chriſtiane.* Quid fit? Omnis res in

tu-

Digitized by Google

1. tuto eſt: omitte vero triſtitiam tuam. *Ch.*
Ego vero omitto illam, qui quidem te fra-
trem habeam. O mi *Hermanne*, o mi ger-
mane: ah vereor coram in os te amplius
laudare, ne id adſentandi *gratia* magis,
quam quod gratum habeam, facere exiſti-
2. mes. *H.* Age, inepte: quaſi nunc non nori-
mus nos inter nos, *Chriſtiane.* Hoc mihi do-
let, nos pæne ſero *ſciuiſſe* et pæne in eum lo-
cum rediiſſe, vt, ſi omnes cuperent, nihil tibi
poſſent auxiliari. *Ch.* Pudebat. *H.* Ah, ſtul-
titia eſt iſtæc, non pudor, ob rem tam par-
3. uulam pæne e patria. Turpe dictu: de*um*
quæſo, vt iſtæc prohibeat. *Ch.* Peccaui:
fateor. Sed quid tandem ait nobis *merca-
tor?* *H.* Iam mitis eſt. *Ch.* Obſecro *ſane,
duriſſimum* iſtum hominem quam primum
abſoluito: ne, ſi irritatus magis ſit, ad patrem
4. hoc permanet atque ego tum perpetuo pe-
rierim. *H.* Non fiet: bono animo es. E-
go ad forum ibo, vt abſoluam. Tu interim
ſterni *menſem* nobis iube et parari cetera.
Ego *vero* re transacta *huc denuo* conuertam
me. *Ch.* Ita quæſo: quando hoc bene
5. ſucceſſit, hilarem hunc ſumemus diem. *H.*
Sed ecce: *niſi me fallit animus aut parum o-
culi proſpiciunt*, ad nos *mercator* properat.
Ch. Vbi ille eſt ſacrilegus? *H. Tace, tace*:
tu intro ad *patrem*, ego *interim* abſoluam
hominem. Heus, heus, *Argyrophile*: me-

ne quæris? *A. Te ipſum* : num reddetur 1.
pecunia? *H.* Reddetur: ne time. *A.* At
vt omne reddat. *H.* Reddet: tace modo,
ac ſequere hac. *A.* Sequor.

SECTIO III 2.

eiusque

COLLOQVIVM I

ex act. 3. ſc. 1.

Bartholomæus. Stephanus. 3.

B. OBſecro, *mi Stephane*, quid nunc fiet?
St. Quid fiet, rogas? Recte, ſpero,
adiuuante deo. B. Sed expalleſcit frater:
vide. St. Iam nunc times: quaſi numquam
adfueris, numquam *inciſa vena* tute *ſangui-* 4.
nem miſeris. B. Miſer*um* me, neminem
habeo, ſo*li* ſumus: *Fridericus* autem hic
non adeſt; nec quem ad *matrem* mittam,
nec qui arceſſat *medicum. St. Certe* is
quidem iam hic aderit; nam numquam v-
num intermittet diem, quin ſemper veni- 5.
at. *B.* Solus mearum miſeriarum eſt re-
medium. *St.* E re nata melius fieri non po-
tuit, quam factum eſt. *Ego ſane ex animo*
ſum gauiſus, contigiſſe vobis virum talem,
tali genere, tali animo, natum ex tanta fami-
lia.

1. lia. *B.* ita *profecto* eſt, vt dicis: deum quæſo, vt ſaluus nobis ſit.

COLLOQVIVM II
ex act. 3. ſc. 2.

Conradus. Diodorus. Iacobus.

2. C. NVnc illud eſt: quod ſi omnes omnia conſilia ſua conferant atque huic malo ſalutem quærant, quod mihi *fratrique* eſt; auxilii nihil adferant. Væ miſero mihi! Tot res repente circumuallant, vnde emergi non poteſt: iniuſtitia, vis, egeſtas,
3. *contemtus*, infamia, Hoccine ſæculum? o ſcelera! o genera ſacrilega! o hominem impium! *D.* Me miſerum! quidnam eſt, quod ſic timidum video et properantem *Conradum*? *C.* Quem neque fides, neque iuſiurandum, neque vlla miſericordia repreſſit
4. neque reflexit: neque, quod *tempus* inſtabat prope, *quo reſtituturus frater amiſſam pecuniam erat.* *D.* Non intelligo ſatis, quæ loquatur. *I.* Propius, obſecro, accedamus, *Diodore.* *C.* Ah, me miſerum! Vix ſum compos animi, ita ardeo iracundia. Nihil
5. eſt, quod malim, quam totam familiam mihi dari obuiam: vt iram hanc omnem in eos euomam, dum ægritudo hæc recens eſt. Satis id mihi ſupplicii habeam, dum illos vlciſcar modo, *qui faces homini ſceleſto ad hoc facinus prætulerunt.* Ipſi ſeni animam primum

mum exſtinguerem, qui ſcelus illud produ- 1.
xit. Tum autem *Lepidum* impulſorem: vah, quibus illum modis lacerarem! Sublimem medium primum arriperem et capite in terram ſtatuerem, vt cerebro diſpergat viam. *Franciſco* ipſi oculos eriperem: poſthæc præcipitem darem. Ceteros ruerem, 2.
agerem, raperem, tunderem & proſternerem. Sed ceſſo *matrem* propere impertiri hoc malo? *D.* Reuocemus. *Conrade.* *C.* Hem: quisquis es, ſine me. *D.* Ego ſum *Diodorus.* *C.* Vbi is eſt? Te ipſum quærito; te exſpecto, *Diodore*: oppido oppor- 3.
tune te mihi obtuliſti obuiam. *D.* Quid eſt? quid trepidas? *C.* Hei mihi! *D.* Quid feſtinas, mi *Conrade*? Animam recipe. *C.* Prorſus. *D.* Quid iſtuc prorſus ergo eſt? *C.* Periimus: actum eſt. *D.* Obſecro te, quid ſit. *C.* Iam. *D.* Quid iam, *Conrade*? 4.
C. *Franciſcus.* *D.* Quid ergo is? C. *Prorſus* alienus eſt ab noſtra familia: neque id occulte fert. *D.* Hem perii: quare? C. *Ad necem vsque verberari dum hac nocte Henricum noſtrum iuſſit.* *D.* *Fratrem noſtrum*? C. *Ita eſt.* *D.* Væ miſero mihi? 5.
Per quem? C. *Per quem? per ſeruum carnificis.* *D.* *O indignum facinus!* Satisne hoc certum? C. Certum: hisce oculis egomet vidi *ſauciatum fratrem; verum ſeruus iam euaſiſſe dicitur.* *D.* Ah me miſerum! quid cre-

1. credas iam aut cui credas? noſtrumne *Henricum*? noſtram omnium vitam, in quo noſtræ ſpes opesque omnes ſitæ erant? ſine *quo neque hic etiam* vnum vmquam diem ſe victurum iurabat? *Sed* mitte lacrimas, *mi Conrade*: ac potius, quod ad hanc rem opus
2. eſt, porro conſule; patiamurne, an cuipiam narremus? *I.* Au, mi homo, an hoc proferendum tibi vsquam eſſe videtur? *D.* Mihi quidem non placet. Iam primum, illum alieno a nobis animo eſſe res ipſa indicat. Nunc ſi hoc palam proferimus, ille infitias
3. ibit; ſat ſcio: *fratris autem* et *noſtra ſimul* fama in dubium veniet. Tum ſi maxime fateatur, quum *a tam indigno homine ſit verberatus*, non eſt vtile *proferri hoc.* Quapropter quoquo pacto tacito opus eſt. *C.* Ah, minime gentium: non faciam. *I.* Quid
4. ages? C. Proferam. *I.* Hem, *Conrade mi*: vide, quam rem agas. Peiore loco res non poteſt eſſe, quam in hoc, quo nunc ſita eſt. *C. Agnoſco periculum, in quo verſamur nunc, Iacobe.* Hoc tamen reliquum eſt: ſi infitias ibit, teſtis mecum eſt *pileus*, quem amiſerat.
5. Poſtremo, quando ego mihi ſum conſcius, a me procul hanc culpam eſſe; neque rem vllam interceſſiſſe indignam *fratre*: experiar. *I.* Si ita vis, accedo. Tu *modo*, quantum poteſt, abi; atque *Chryſoſtomo*, cognato *noſtro*, rem omnem ordine narrato:

nam

nam is *parenti* noſtro ſummus *ſemper* fuit et 1.
nos *quoque poſt mortem eius* maxime coluit.
C. Nam *ſane* alius nemo reſpicit nos. Tu
vero propera *interim*, *Diodore*; curre; *chi-*
rurgum arceſſe: vt, quum ſit opus, ne in mo-
ra nobis ſit.

COLLOQVIVM III 2.

ex act. 3. ſc. 3.

Martinus. Valentinus.

M. DIſperii: *Ioannem* filium vna in *tu-*
multu nocturno cum *Ludouico* fuiſſe
audio. Id mali reſtat mihi, ſi illum etiam, 3.
qui alicui rei eſt, ad nequitiam poteſt ab-
ducere. Vbi ego illum quæram? Credo
abductum in *cauponam* aliquo: perſuaſit il-
le *ſceleſtus*, ſat ſcio. Sed ecce ire *Valenti-*
num video: hinc ſciam iam, vbi ſit. Atque
certe etiam hic de grege illo eſt: ſi me ſen- 4.
ſerit eum quæritare, numquam dicet carni-
fex. Non oſtendam, id me velle. Hem,
Valentine! *itane occupatus*? *V.* Hem, *Mar-*
tine! haud adſpexeram te: quid agitur?
M. Quid agatur? Mirari ſatis *Lucani*, *fratris*
mei, rationem nequeo, *qui nimia illa indul-* 5.
gentia prorſus corrumpi Ludouicum filium
ſinit. *V.* Eſt *certe* inepta, nec dolo dicam,
atque abſurda. *Heus Dromo*, purga piſces
ceteros, *dum ego hic loquor*: congrum iſtum
maximum ludere paulliſper in aqua ſinito:
vbi

1. vbi ego venero, exoſſabitur; prius nolo. *M.*
Hæccine flagitia? *V.* Mihi quidem non pla-
cent. Salſamenta hæc, Stephanio, fac pul-
chre macerentur. *M. O dementiam!* Studi-
one id ſibi habet, an laudi putat fore, ſi gna-
tum perdiderit? Væ miſero mihi! Videre
2. iam diem illum videor, quum egens hinc
militatum aliquo profugiet. *V.* Atque iſtuc
quidem eſt ſapere, o *Martine*: non quod an-
te pedes modo eſt, videre; ſed etiam illa,
quæ futura ſunt, proſpicere. *Sed quid non*
inepta lenitas patris *poteſt* et facilitas praua?
3. *M.* Me quidem pudet fratris pigetque. *V.*
Nimium inter vos, *Martine*, ac (non, quia
adeo præſens, hoc dico) pernimium eſt: tu,
quantus quantus, nil niſi ſapientia es; ille
ſomnium. Sineres vero tu illum tuum hoc
facere? *M. Meum Ioannem?* ſinerem illum?
4. annon ſex totis menſibus olfeciſſem, quam
ille quidquam cœperit? *V.* Vigilantiam tu-
am tu narras mihi? *M.* Sic ſit modo, vt nunc
eſt. *V.* Vt quisque ſuum vult eſſe, ita eſt.
M. Quid eum? vidiſtine hodie? *V.* Tuum-
ne filium? Iam dudum aliquid ruri agere
5. arbitror. *M.* Satis ſcis, ibi eſſe? *V.* O, qui
egomet produxi. *M.* Optime eſt: metui,
ne hæreret hic. *V.* Atque iratum admo-
dum. *M.* Quid autem? *V.* Iurgio fratrem
adortus apud forum *eſt* de iſtac *viuendi ra-
tione*. *M.* Ain vero? *V.* Vah, nihil reticu-
it.

it. Nam vt forte argentum numerabatur: 1.
interuenit homo de improuiſo et cœpit cla-
mare; o *Ludouice*, hæccine flagitia te face-
re, hæc te admittere indigna genere noſtro?
M. Oh, lacrimo gaudio. *V.* Non tu hoc
argentum perdis: ſed *famam* tuam,, *ſed* vi-
tam, *ſed animam.* *M.* Saluus ſit: ſpero, eſt 2.
ſimilis maiorum ſuorum. *V.* Hui! *M.* Præ-
ceptorum iſtorum plenus *eſt*, *Valentine.* *V.*
Phy! domi habuit, vnde diſceret. *M.* Fit
ſedulo: nihil prætermitto: conſuefacio:
denique inſpicere, tamquam in ſpeculum, in
vitas omnium iubeo atq; ex aliis ſibi exem- 3.
plum ſumere. Hoc facito. *V.* Recte ſane.
M. Hoc fugito. *V.* Callide. *M.* Hoc lau-
di eſt. *V.* Iſtæc res eſt. *M.* Hoc vitio da-
tur. *V.* Probiſſime. *M.* Porro autem. *V.*
Non ſane mihi nunc otium auſcultandi eſt:
piſces ex ſententia nactus ſum; hi ne cor- 4.
rumpantur mihi, cautio eſt. Nam id nobis
tam flagitium eſt, *Martine*; quam illa, quæ
dixiſti modo, non facere vobis: et, quod
queo, ad eumdum iſtunc modum conſeruis
præcipio; hoc ſalſum eſt, hoc aduſtum eſt,
hoc parum lautum eſt; illud recte, iterum 5.
ſic memento. Sedulo moneo, quæ poſſum
pro mea ſapientia: poſtremo, tamquam in
ſpeculum, in patinas inſpicere iubeo; et mo-
neo, quid facto vſus ſit. *Sed ad rem redea-
mus.* Inepta eſſe hæc, quæ *Lucanus facit*,
ſen-

Digitized by Google

1. ſentio. Verum quid facias? Vt homo eſt, ita morem geras. Num quid vis? *M.* Mentem vobis meliorem dari. *V.* Tu rus hinc ibis? *M.* Recta. *V.* Nam quid tu hic agas, vbi, ſi bene præcipias, nemo obtemperet? *M.* Ego vero hinc abeo, quando is, quam ob
2. rem veneram, rus abiit: illum curo vnum; ille ad me attinet, quando ita vult frater; de iſtoc ipſe viderit. Sed quis illic eſt, quem procul video? Eſtne hic *Ericus*, tribulis noſter? Si ſatis cerno, is *certe* eſt. Vah, homo amicus nobis iam inde a puero! Næ il-
3. liusmodi ciuium iam magna nobis penuria eſt: antiqua homo virtute ac fide. Haud cito mali quid ex hoc publice ortum ſit. Quam gaudeo, vbi etiam huius generis reliquias reſtare video! Vah, viuere etiam nunc lubet. Opperiar hominem hic, vt ſalutem;
4. et colloquar.

COLLOQVIVM IV

ex act. 3. ſc. 4.

Hermannus. Gabriel. Fridericus. Robertus.

5. *H.* O facinus indignum! quid narras, *Gabriel?* *G.* Sic factum eſt. *H.* Ex illane familia tam illiberale facinus eſſe ortum! O *Philippe*, *Jane* haud paternum hoc dediſti! *H.* Ni facient, quæ illos æquum eſt: haud ſic auferent. *G.* In te ſpes omnis ſita

 no-

nobis eſt, *Hermanne*: te ſolum habemus: tu 1.
es patronus; tu parens: *Sempronius* nos tibi commendauit moriens: ſi du deſeris, periimus. *H.* Caue dixeris: neque faciam, neque me ſatis pie poſſe arbitror. *Sed quis illic eſt, quem ibi ſtantem video? eſtne hic Fridericus, amicus noſter, quem quæro? Si* 2.
ſatis cerno, is certe eſt. Adibo. Salue, *ſalue, Friderice*: te ipſum quærebam. *Fr. Et* te ſaluere plurimum, *Hermanne*, iubeo. Quid autem? *H.* Maior filius tuus *Philippus*, quem fratri adoptandum dediſti, neque boni neque liberalis viri officio functus eſt. 3.
Fr. Quid iſtuc? *H. Sempronium* noras, amicum noſtrum atque æqualem? *Fr.* Quid ni? *H.* Filium eius *heſterna nocte verberauit. Fr.* Hem. *H.* Mane, *Friderice*: nondum audiſti, quod eſt grauiſſimum. *Fr.* An quid etiam amplius eſt? *H.* Vero, amplius? Nam 4.
hoc quidem ferendum aliquo modo eſt: perſuaſit *ira*, nox, vinum, adoleſcentia; humanum eſt. Vbi factum ſcit: ad matrem *iuuenis* vltro *ipſe* venit, lacrimans, orans, obſecrans, fidem dans, iurans ſe *ebrium feciſſe id, nec vmquam huiusmodi aliquid factu-* 5.
rum poſtea. Ignotum eſt, tacitum eſt, creditum eſt. *Verum* ille bonus vir *non modo idem fecit heri: ſed ciſtam quoque iuuenis effregit, centumque ex eo imperiales abſtulit. Fr.* Pro certone tu iſtæc dicis? *H.*

Ma-

1. Mater *iuuenis* in medio eſt, ip*ſe iuuenis*; res ipſa: præterea hic *Gabriel*, vt ſeruorum captus eſt, non malus neque iners, *confirmabit omnia.* Hunc abduc, vinci, quære rem. *G.* Immo ſane extorque, niſi ita factum eſt, *Friderice*: poſtremo non negabit; cedo ipſum
2. coram. *Fr.* Pudet: nec, quid agam; neque, quid huic reſpondeam, ſcio. *H.* Illæc nunc fidem veſtram implorat, *Friderice.* Quod vos ius cogit, id voluntate impetret: ſin aliter animus veſter eſt; ego ſumma vi hanc atque illum mortuum defendam. Cogna-
3. tus mihi erat: vna a pueris paruuli educti ſumus: vna ſemper militiæ et domi fuimus: paupertatem grauem vna pertulimus. Quapropter nitar, faciam, experiar: denique animam potius relinquam, quam illos deſeram. Quid reſpondes mihi? *Fr.* Fratrem
4. conueniam, *Hermanne*: quod mihi is de hac re dederit conſilium, id ſequar. *H.* Sed hoc tu facito cum animo cogites, *Friderice*: quam vos facillime agitis, quam eſtis maxime potentes, diuites, fortunati, nobiles; tam maxime æquo animo noſcere æqua o-
5. portet, ſi vos probos vultis perhiberi. *Fr. Mihi quidem hoc admodum* dolet, *Hermanne*: *ſed* pater nihil pendit. Vtinam hic prope adeſſet alicubi, atque audiret hæc. Sed redito: fient, quæ fieri æquum eſt, omnia. *H. Sic* te decet facere. *Fr. Ah, ah,*

Digitized by Google

non me indicente hæc fiunt: vtinam hoc 1.
modo defunctum ſit. Verum nimia illa licentia in magnum aliquod malum euadet. Ibo: requiram fratrem, vt in eum hæc euomam.

COLLOQVIVM V

ex act. 3. ſc. 5. 2.

Hermannus. Bernhardus.

H. Q*Vid agis, Hermanne? vt vales? B. Ah, grauiſſimi ſunt, quos ſentio, dolores. H.* Fac, bono animo ſis: et *matrem etiam* fac conſoleris, quantum potes. Ego *Tor-* 3.
quatum, ſi apud forum eſt, conueniam: atque, vt res geſta eſt, ordine narrabo. Si eſt, vt facturus ſit officium; faciat; ſi aliter eius de hac re ſententia eſt, reſpondeat mihi; vt, quid agam, quam primum ſciam.

4.

SECTIO IV

eiusque

COLLOQVIVM I

ex act. 4. ſc. 1.

Ioachimus. Neander. Sincerus. 5.

I. AIn *patruum* hinc abiiſſe rus? *N.* Iam dudum. *I.* Dic ſodes. *N.* Apud villam eſt: nunc eum maxime operis aliquid facere, credo. *I.* Vtinam quidem. Quod

cum

1. cum ſalute eius fiat, ita ſe velim defatiga*ue*-
rit, vt triduo hoc perpetuo prorſus neque-
at e lecto ſurgere. *N.* Ita fiat, et iſtoc ſi quid
poteſt rectius. *I.* Ita: nam miſere nimis
cupio hunc diem, vt cœpi, perpetuum in læ-
titia degere; et illud rus nulla alia cauſſa
2. tam male odi, niſi quia prope eſt. Quod ſi
abeſſet longius: prius nox oppreſſisſet
illic *patruum*; quam huc reuerti iterum
poſſet. Nunc vbi me illuc non videbit: iam
huc recurret, ſat ſcio; rogitabit me, vbi fu-
erim, quem ego hodie toto die non vidi.
3. Quid dicam? *N.* Nihilne in mentem? *I.*
Numquam quidquam. *N.* Tanto *peius*
eſt. Non*ne* amicus eſt *hic* vobis? *I.* Eſt:
quid poſtea? *N.* Huic oper*am* dat*am* *eſſe di-*
ces. *I.* Quæ non data ſit? non poteſt fieri.
N. Poteſt. *I.* Interdiu: ſed ſi hic perno-
4. cto; quid cauſſæ dicam, *Neander*? *I.* Vah,
quam vellem, etiam noctu amicis operam
dari mos eſſet. *N.* Quin tu otioſus e*ſto*: e-
go ſenſum illius pulchre calleo; quum fer-
u*et* maxime, tam placidum, quam ouem,
reddo. *I.* Quomodo? *N.* Laudari te liben-
5. ter audit: deum te apud illum facio, virtu-
tes narro. *I.* Meas? *N.* Tuas: illico la-
crimæ homini cadunt gaudio, quaſi puero.
Hem tibi autem. *I.* Quidnam eſt? *N.* Lu-
pus in fabula. *I.* *Patruus* eſt? *N.* Ip*ſe* eſt.
I. *Neander*, quid agimus? *N.* Fuge modo

intro: ego videro. *I.* Si quid rogabit: nuſ- 1.
quam tu me. Audiſtini? *N.* Poteſne, vt
deſinas? *S.* *O homines nequam et fallaces!*
Audiui conſilia veſtra: et patruo, vbi venerit,
ordine narrabo omnia.

COLLOQVIVM II
ex act.4.ſc.2. 2.

Zoſimus. Vulpius, ſeruus. *Stephanus.*

Z. NAe ego homo ſum infelix. Primum fratrem nusquam gentium inuenio: præterea autem, dum illum quæro, a villa
mercenarium vidi; is filium ruri eſſe, negat: 3.
nec, quid agam, ſcio. Quid hoc, malum, infelicitatis? Decernere ſatis nequeo: niſi me natum huic rei credo, ferendis miſeriis. Primus mala noſtra ſentio, primus reſciſco omnia, primus porro obnuntio: ægre *autem*, ſi quid fit, ſolus *ſemper* fero. Sed ecce 4.
ſceleratum *Vulpium*. *V.* Non ſane hic quidem durare quisquam, ſi ſic ſit, poteſt. Scire equidem volo, quot mihi domini ſint: quæ hæc eſt miſeria? *Z.* Quid ille gannit? quid vult? quid ais, bone vir? Hem, eſt
frater domi? *V.* Quid malum, mihi narras, 5.
bone vir? Equidem perii. *Z.* Quid tibi eſt? *V.* Rogitas? *Stephanus* tuus pugnis me miſerum *fere* occidit. *Z.* Hem: quid narras? *V.* Hem: vide vt labrum diſcidit. *Z.* Quam ob rem? *V.* Me impulſore emtam
hanc

1. hanc *veſtem* eſſe ait. *Z.* Non tu eum hinc modo rus *productum a te* aiebas? *V.* Factum: verum poſt venit inſaniens, nil pepercit. Non puduiſſe verberare hominem ſenem, quem ego modo puerum tantillum in manibus geſtaui? *Z.* Laudo, *Stephane*:
2. patriſſas: abi, virum te iudico. *V.* Laudas? Næ ille continebit poſthac manus, ſi ſapiet. *Z.* Fortiter. *V.* Perquam, quia miſerum ſeruum vicit, qui referire non audebam: hui, perfortiter! *Z.* Non potuit melius: idem, quod ego, ſenſit, te eſſe huic
3. rei caput. Sed eſtne frater intus? *V.* Non eſt. *Z.* Vbi illum quæram, cogito. *V.* Scio, vbi ſit: verum hodie numquam monſtrabo. *Z.* Hem, quid ais? *V.* Ita. *Z.* Diminuetur tibi quidem iam cerebrum. *V.* At nomen illius hominis neſcio: ſed locum
4. noui, vbi ſit. *Z.* Dic ergo locum. *V.* Noſtine porticum apud macellum deorſum? *Z.* Quid ni nouerim? *V.* Platea hac recta præterito ſurſum. Vbi eo veneris, cliuus eſt deorſum verſus: hac præcipitato. Poſtea ſacellum eſt ad hanc manum: ibi angipor-
5. tum propter eſt. *Z.* Quonam? *V.* Illic, vbi *tilia* magna eſt: noſtine? *Z.* Noui. *V.* Hac pergito. *Z.* Id equidem angiportum non eſt peruium. *V.* Verum *ſane*. Vah, cenſes hominem me eſſe? Erraui: in porticum rurſum redi. Sane hac multo pro-

pius ibis: et minor eſt erratio. Scis*ne* 1.
ædes di*ui*tis *Bernhardi?* *Z.* Scio. *V.* Vbi eas præterieris, ad ſiniſtram hac recta platea: vbi ad *Vlrici* veneris, ito ad dextram. Prius, quam ad portum venias, eſt piſtrilla; et exaduerſum eſt fabrica; ibi eſt. *Z.* Quid ibi facit? *Menſam* in ſole i- 2.
lignis pedibus faciend*am* dedit. *Z.* Vbi potetis vos? Bene ſane. Sed ceſſo ad eum pergere? *V.* I ſane: ego te exercebo hodie, vt dignus es, ſilicernium. *St. Num abiit?* *V.* Ego *tandem* amo*ui.* *St.* Mene quæ*ſiuit?* *V.* Verum. *St.* Perii. *V.* Quin 3.
tu bono animo es. Rideo *ſenem*: primum ait reſcire; is ſolus neſcit omnia. *St. Sed Georgius* odioſe ceſſat: prandium corrumpitur: Robertus autem in *ludo conorum* totus eſt. *Quid, ſi* red*eat parens*: viſ*urus*, ſi forte redierit frater? *V. Eſto* 4.
animo bono: ego vide*bo*, ne huc prorſus ſe irruat; *et* te *interea* in cellam aliquam cum *reliquis* concludam. *St. Ah*, *minime: discrucior animi et metuo, ne reſciſcat parens. Igitur extemplo me hinc domum conferam*: id tutiſſimum eſt. *V.* Ego *vero* 5.
proſpiciam mihi: nam adibo atque vnumquodque, quod quidem erit belliſſimum, carpam et cyathos ſorbillans paullatim hunc diem producam.

COL-

1. ## COLLOQVIVM III
ex act. 4. ſc. 3.
Lambertus. Sabinus.

L. MVltum tibi debeo, Sabine: et quibus verbis gratias agam, non reperio. S.
2. Ego *vero* in hac re nihil reperio, quam ob rem tantopere laudes, *mi Lamberte.* Facio officium meum; quod peccatum a nobis ortum eſt, corrigo: niſi *forte* in illo me hominum numero eſſe credidiſti, qui, ſi quam ipſi fecerunt, ſibi iniuriam fieri pu-
3. tant, *niſi* vltro expoſtulant et vltro accuſant. Id quia non a me factum eſt, agis gratias? *L.* Ah, minime: numquam te aliter, atque es, in animum induxi. Sed quæſo, vt vna mecum ad matrem *iuuenis* eas; atquè iſtæc eadem, quæ dixiſti mihi, tute mulieri dicas:
4. ſuſpicionem hanc *vanam* eſſe et *a maleuolis ortam.* *S.* Si ita æquum cenſes, aut ſi ita facto opus eſt: eamus. *L.* Bene facis: nam et illi animum iam releuabis, quæ dolore et miſeria tabeſcit; et tu officio functus fueris. Sed ſi aliter putas: egomet narrabo,
5. quæ dixiſti mihi. *S.* Immo ego ibo. *L.* Bene facis. *Nam* omnes, quibus res ſunt minus ſecundæ, magis, neſcio quo modo, ſuſpicioſi ſunt: ad contumeliam omnia magis accipiunt: *et* propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt negligi. Quapro-

 pter

Digitized by Google

pter te ipſum purgari ipſi coram, placabili- 1.
us eſt. *S.* Et recte et verum dicis. *L.* Se-
quere me ergo hac intro. *S.* Maxime.

COLLOQVIVM IV
ex act. 4. ſc. 4.

Eraſmus. Chriſtophorus. 2.

E. *QVid eſt, quod adeo triſtem te ſedentem
video, Chriſtophore: et cur tantam
in vultu confuſionem geris? Ch. Ah*, diſcru-
cior animi: tantum *enim* mali de improui-
ſo mihi eſt obiectum, vt neque quid de me
faciam, neque quid agam, certum ſit. Mem- 3.
bra metu debilia ſunt: animus timore ob-
ſtupuit: pectore nihil quidquam conſilii
poteſt conſiſtere. *Quam ob rem dic mihi, ſi
potes, Eraſme: quid faciendum putes, vt me
ex hac turba expediam. E. Quin tu mihi
potius dic: quid eſt, quod animum tuum ita 4.
turbet? Ch. Ah, grauiſſima* de me ſuſpicio
incidit, neque ea immerito. *Sulpicius* a me
proditum eſſe *Leonardum ſuum* credit: a-
nus id mihi indicium fecit. Nam vt hinc
forte ad aurigam miſſa ea erat: vbi illam vi-
di, illico accedo, rogito; *Leonardus* quid a- 5.
gat, iam *tempus itineris* adſit, eone *aurigam*
arceſſat. Illa exclamat: abi, abi, *ſceleſte*;
iam ſatis diu dediſti verba; ſat adhuc tua
nos fides fruſtrata eſt. Hem, quid iſtuc,
obſecro, inquam, eſt? Valeas, *inquit*: habe-
as

1. as *patronum, cui amicum prodere nulla tibi*
religio fuit. Senſi illico, id ſuſpicari *Sulpi-*
cium: ſed me repreſſi tamen, ne quid de fra-
tre garrulæ illi dicerem ac fieret palam.
Nunc quid faciam? dicamne, quod mini-
me opus eſt vsquam efferri, fratris eſſe
2. *culpam* hanc? Age, mitto: fieri poteſt,
vt ne qua exeat *res.* *Sed tum* ipſum id
metuo, vt credat *Sulpitius, me eſſe innocen-*
tem: tot concurrunt veriſimilia. Ego-
met *epiſtolam tuli*, ipſe egomet ſolui argen-
tum, *me vix egreſſo* abdu*ctus* eſt: hæc adeo
3. mea culpa fieri fateor. Non me hanc rem
Sulpicio, vt vt geſta erat, indicaſſe? Exo-
raſſem *forte*, vt *filio ignoſceret.* Ceſſatum
eſt vsque adhuc: *et ego hac cunctatione ma-*
ximum patronum amitto. Quid igitur mihi
faciendum nunc putas, Eraſme? E. Si ceſ-
4. ſatum eſt: nunc *tandem* expergiſcere;
et *fac, vt purges te Sulpicio. Ch. Certe*
hoc primum eſt: ibo ad illum, vt purgem
me; accedam ad fores. *E. Quid ceſſas?*
Ch. Perii: horreſco ſemper, vbi has fores
pulſare miſer occipio. Heus, heus, *Chri-*
5. *ſtophorus* ego ſum: aperite aliquis
actutum oſtium. Prodit, neſcio
quis: concedam huc.

COL-

COLLOQVIVM V 1.

ex act. 4. ſc. 5.

Seuerinus. Theocritus, pater. *Aeſchinus*, filius.

S. N*Vm ante prandium vis parata eſſe omnia, Theocrite?* *Th.* Ita, vt dixiſti, facite: ego *interea filium* conueniam, vt, quomodo acta hæc ſunt, ſciat. Sed quis oſtium hoc pulſauit? *Ae.* Pater *certe* eſt: perii. *Th.* Aeſchine. *Ae.* Quid huic hic negotii eſt? *Th.* Tune pepuliſti has fores? Tacet. Cur hunc non ludo aliquantiſper? melius eſt: quandoquidem credere hoc mihi numquam ipſe voluit. Nil reſpondes mihi? *Ae.* Non equidem iſtas, quod ſciam. *Th.* Ita? nam mirabar, quid hic negotii eſſet tibi. *S.* Erubuit: ſalua res eſt. *Ae.* Dic ſodes, pater: tibi vero quid iſtic rei eſt? *Th.* Nihil mihi quidem. Amicus quidam a foro me huc modo aduocatum ſibi abduxit. *Ae.* Quid? *Th.* Ego dicam tibi. Habitant hic *iuuenes duo.* Opinor *eos* non noſſe te, et certe ſcio: neque enim diu huc commigrarunt. *Ae.* Quid tum poſtea? *Th. Conſobrini ſunt.* *Ae.* Perge. *Th. Vterque* patre orb*us* eſt: hic autem amicus meus genere ill*is* proximus. Huic *parere* leges cogunt *hos*: *quod quia facere alter recuſauit, accuſandus erit et haud dubie in ergaſtulum dandus.* *Ae.* Perii. *Th.* Quid

Digitized by Google

1. Quid eſt? *Ae.* Nil: recte: perge. *Th. Huc* venit, vt ſecum auehat: nam habitat *Hamburgi.* *Ae.* Hem! *iuuenem* vt ſecum auehat? *Th.* Sic eſt. *Ae. Hamburgum* vsque, obſecro? *Th.* Ita. *Ae.* Animo male eſt. Quid ipſi? quid aiunt? *Th.* Quid illos cen-
2. ſes? nihil enim. Commentus *alter eſt, ſe non poſſe ſine conſobrino hic viuere; præterea* eſſe in hac vrbe, neſcio quem, *iuuenem eumque ſibi amiciſſimum*, neque eum nominat; *ab hoc mutuatum ſe imperiales quinquaginta, et accepiſſe veſtem et libros complures, interim*
3. *veſtem furto ablatam ſibi eſſe*: non oportere *igitur abduci conſobrinum, vt hoc pacto diutius commorari in hac vrbe poſſit et amico ſatisfacere.* *Ae.* Eho, nonne hæc iuſta tibi videntur? *Th.* Non. *Ae.* Obſecro, non? an illum hinc abducet? *Th.* Quid ni illum
4. abducat? *Ae.* Factum a vobis duriter immiſericorditerque, atque etiam, ſi magis aperte dicendum, illiberaliter. *Th.* Quam ob rem? *Ae.* Rogas me? Quid illi tandem animi miſero creditis fore, qui illi *non modo amiciſſimus eſt, ſed veſtem quoque amiſit, ne-*
5. *que pecuniam recepit*: quum amicum videbit præſens præſenti ſibi eripi *et* ab oculis abduci? Facinus indignum pater! *Th.* Qua ratione iſtuc? cur *fecit*? *cur dedit*? quis *iuſſit*? *Ae.* An *deſerere amicum potuit amicus*? hæc te dicere, mi pater, et id defende-

re

re æquum fuit? *Th.* Ridicule: aduerſumne 1.
illum cauſſam dicerem, cui veneram aduocatus? Sed quid noſtra, Aeſchine? aut quid nobis cum illis? Abeamus. Quid eſt? quid lacrimas? *Ae.* Pater, obſecro, auſculta. *Th.* Aeſchine, audiui omnia et ſcio: *pauciora dixi, quam facta ſunt.* *Sed* amo te *et res tuæ* mihi 2.
curæ ſunt. *Ae.* Ita velim me promerentem ames, mi pater: vt me hoc delictum admiſiſſe in me vehementer mihi dolet et me tui pudet. *Th.* Credo *ſane*, nam noui ingenium tuum liberale: ſed vereor, ne *incautus* nimium ſis *atque* indiligens. *Inter quos* tan- 3.
dem *homines* te arbitraris viuere? *Iuueni mutuaſti veſtem, libros, pecuniam*: *cum quo te ne amicitiam quidem me inſcio* ius fuerat *contrahere.* Iam id peccatum primum magnum: magnum, at humanum tamen; fecere alii ſæpe, item boni, At poſtquam eue- 4.
nit: cedo, num quid circumſpexiſti, aut num quid tute proſpexiſti tibi? quid fieret? qua fieret? Si te ipſum mihi dicere puduit: qua reſciſcerem? Dum hæc dubitas, menſes abierunt *quatuor.* Prodidiſti te et illum miſerum: quod quidem in te fuit. 5.
Quid? credebas, hæc dormienti tibi confecturum deum: et ſine tua opera *res tuas tibi reſtitutum* iri? Nolim ceterarum rerum te ſocordem eodem modo. Bono *autem* animo es: *manebunt in hac vrbe iuuenes*;

pe-

Digitized by Google

1. *pecunia reſtituetur*; *et nouam veſtem ipſe ti-*
bi dabo hodie, vt nuptiis vicini cras poſſis in-
tereſſe. *Ae.* Pater, obſecro: num tu nunc
me ludis? *Th.* Ego te? Quam ob rem? *Ae.*
Neſcio: niſi, quia tam miſere hoc verum eſ-
ſe cupio, eo magis vereor. *Th.* Abi do-
2. mum, *vt veſtem nouam induas*; *iam parata*
eſt, abi. *Ae.* Quid? iamne *veſtem*? *Th.*
Iam. *Ae.* Iam? *Th.* Iam, vt dixi. *Ae. Er-*
go omnes me *homines* oderint, *mi* pater: ni-
ſi magis te, quam oculos nunc meos amo.
Th. Abi, *abi*, *Aeſchine*: ac de*um ſimul* com-
3. precare, *vt patruum ſanitati reſtituat*: *nam*
admodum infirmus eſt. *Ae. Faciam luben-*
ti animo, *quod iubes*: tu *vero* comprecare *e-*
umdem; nam tibi e*um* certe ſcio magis ob-
temperaturum, quo vir melior multo es,
quam ego ſum. *Th. Omnino ſic facturus*
4. *ſum.* *Iam autem* eo intro, vt, quæ opus ſunt,
parentur: fac tu, vt dixi, ſi ſapis. *Ae.* Quid
hoc eſt negotii? hoc eſt patrem eſſe, aut hoc
eſt filium eſſe? Si frater aut ſodalis eſſet, qui
magis morem gereret? Hiccine non aman-
dus? hic non geſtandus in ſinu eſt? Hem!
5. Itaque adeo magnam mihi curam commo-
ditate ſua iniecit: ne forte imprudens *in*
poſterum faciam, quod nolit. Sciens ca-
uebo. Sed ceſſo ire intro, ne *gaudi-*
is meis egomet mora
ſim?

COL-

COLLOQVIVM VI 1.

ex act. 4. ſc. 6.

Vulpius. Zoſimus.

V. FRatremne *inueniſti, Zoſime?* *Z.* Defeſſus ſum ambulando: perreptaui vsque omne oppidum, ad portam, ad lacum, 2.
quo non? Neque fabrica vlla erat, neque fratrem ſe vidiſſe homo quisquam aiebat. Nunc vero domi obſidere certum eſt vsque, donec redierit. *V. Vt lubet, facito.*

COLLOQVIVM VII

ex act. 4. ſc. 7. 3.

Aurelius. Hyginus. Brennus.

A. QVo *tendis, Hygine?* *H.* Ibo *ad ſponſæ parentes et* illis dicam, nullam in nobis moram eſſe. *Br.* Ec*ce fratrem:* te iam dudum quæro, *Hygine.* *H.* Quidnam? *Br.* 4.
Fero alia ad te *eaque* ingentia boni illius adoleſcentis flagitia. *H.* Ecce autem. *Br.* Noua, capitalia. *H.* Ohe, iam. *Br.* Ah neſcis, qui vir ſit. *H.* Scio. *Br.* O ſtulte, de *tumultu nocturno* me ſomnias agere: hoc peccatum multo grauius eſt? *H.* Scio. *Br.* 5.
Ohe, ſcis: et pater*is?* *H.* Quid ni patiar? *Br.* Dic mihi: non clamas, non inſanis? *H.* Non: malim quidem. *B. Sponſus eſt.* *H. Deus* bene vert*at.* *Br.* Virgo nihil habet. *H.* Audiui. *Br.* Et ducenda indotata eſt?

H.

1. *H.* Scilicet. *Br.* Quid nunc futurum eſt?
H. Id enim, quod res ipſa fert. *Br.* O *de-
mentiam!* iſtoccine pacto oportet? *H.*
Quid faciam amplius? *Br.* Quid facias? Si
non ipſa re tibi iſtuc dolet: ſimulare certe
hominis eſt. *H.* Quin iam *conſenſi*, deſpon-
2. di virginem, res compoſita eſt, fiunt nuptiæ,
demſi omnem metum: hæc magis ſunt ho-
minis. *Br.* Ceterum placet tibi factum,
Hygine? *H.* Non, ſi queam mutare: nunc,
quum non queo, æquo animo fero. Ita ho-
minum vita eſt, quaſi quum ludas teſſeris: ſi
3. illud, quod maxime opus eſt iactu, non ca-
dit; illud, quod forte cecidit, id arte vt cor-
rigas. *Br.* Corrector! Nempe tua arte pe-
riere *imperiales ſexcenti.* *H. Hæc quidem
facilis eſt iactura: me id potiſſimum ſolatur,
quod probam tamen et modeſtam filio contigiſ-
4. ſe ſcio.* *Br.* Quid *autem de* pſaltria facies?
H. Domi erit. *Br.* Pro *incogitantiam ho-
minis! Pſaltria* et mater familias vna in do-
mo! *H.* Cur non? *Br.* Sanumne te eſſe
credis? *H.* Equidem arbitror. *Br.* Ita me
ſemper velim ames, vt ego video ineptiam
5. tuam. Facturum credo, vt habeas, quicum
cantites. *H.* Cur non? *Br.* Et noua nu-
pta hæc eadem diſcet. *H.* Scilicet. *Br.*
Tu inter eas reſtim ductans ſaltabis. *H.* Pro-
be. *Br.* Probe? *H.* Et tu nobiſcum vna, ſi
opus ſit. *Br.* Hei mihi! Non te hæc pu-

Digitized by Google

dent? *H.* Iam vero omitte tuam iſtanc ira- 1.
cundiam, *mi Brenne:* atque ita, vti decet, hilarum te ac lubentem fac in gnati nuptiis. Ego hos conueniam: poſt huc redeo. *Br.* O *Aureli!* hanccine vitam? hoscine mores? hanc dementiam? Vxor ſine dote veniet: intus pſaltria eſt: domus ſumtuoſa: ado- 2.
leſcens luxu perditus: ſenex delirus. Ipſa SALVS, ſi cupiat, ſeruare prorſus non poteſt.

SECTIO V

eiusque 3.

COLLOQVIVM I

ex act. 5 ſc. 1.

Dauus, ſeruus. *Syrus*, conſeruus. *Brennus.*

D. P*Rofecto* molliter curaſti te, Syriſce; lau- 4.
teque munus tuum adminiſtraſti: *patinas enim vacuas inuenio et parum vini reliquum.* *S.* *Quid ni facerem?* Sed poſtquam intus omnium rerum ſatur ſum: prodeambulare huc libitum eſt. *Br.* Illud vide ſis exemplum diſciplinæ. *S.* Ecce autem hic 5.
adeſt ſenex noſter. Quid fit, *Brenne*, quid tu triſtis es? *Br.* Oh ſcelus! *S.* Ohe, iam tu ſapientia hic verba fundis? *Br.* Tune? ſi eſſes meus. *S.* Diues quidem eſſes, *Brenne:* ac tuam rem conſtabiliuiſſes. *Br.* Vt omni-

1. omnibus exemplum eſſes, curarem. *S.* Quam ob rem? quid feci? *Br.* Rogas? In ipſa turba atque in peccato maximo, quod vix ſedatum ſatis eſt, potaſti, ſcelus: quaſi re bene geſta. *S.* Sane nollem huc exitum.

COLLOQVIVM II
ex act. 5. ſc. 2.

2. *Dauus. Brennus. Syrus.*

D. HEus, *Syre*: *Vincentius* rogat te, vt redeas. *Br.* Quid *Vincentium* hic narrat? *S.* Nihil. *Br.* Eho, carnifex: *Vincentius* intus eſt? *S.* Non eſt. *Br.* Cur hic

3. nominat? *S.* Eſt alius quidam paraſitaſter paruulus. Noſtine? *Br.* Iam ſciam. *S.* Quid agis? quo abis? *Br.* Mitte me. *S.* Noli, inquam. *Br.* Non manum abſtines, maſtigia? an mauis tibi cerebrum iam hic diſpergam? *S.* Abit. Quid ego nunc agam, *Daue*: niſi interea in angulum aliquo abeam atque edormiſcam hoc vini? Sic agam.

4.

COLLOQVIVM III
ex act. 5. ſc. 3.

Hyginus. Brennus.

5. *H.* PArata ſunt a nobis, vt dixi, omnia, *Aureli*. Vbi vis. Sed quisnam a me tam grauiter pepulit fores? *Br.* Hei mihi! quid faciam? quid agam? quid clamem aut querar? o cœlum! o terra! o maria! *H.*

M 2 Hem

Hem tibi ! Reſciuit omnem rem : id nunc 1.
clamat. Ilicet paratæ lites : ſuccurrendum
eſt filio. *Br.* Ecce adeſt communis libero-
rum noſtrorum corruptela. *H.* Tandem
reprime iracundiam atque ad te redi. *Br.*
Repreſſi, redii, mitto maledicta omnia : rem
ipſam putemus. Dictum inter nos hoc fu- 2.
it, *quum adoptandum tibi filium darem :* im-
mo ex te adeo ortum eſt, ne tu curares me-
um, neue ego tuum. Reſponde. *H.* Fa-
ctum eſt : non nego. *Br.* Cur nunc apud
te potat? cur recipis meum? cur *pecuniam
ſuppeditas?* Nam qui minus æquum eſt eſſe 3.
ius idem mihi, quod mecum eſt tibi ? Quan-
do ego tuum non curo, ne cura meum. *H.*
Non æquum dicis, non : nam vetus verbum
hoc quidem eſt, communia eſſe amicorum
inter ſe omnia. *Br.* Facete : nunc demum
iſtæc nata eſt oratio. *H.* Auſculta paucis : 4.
niſi moleſtum eſt, *frater.* Principio, ſi id te
mordet, quem ſumtum faciunt filii : quæſo
facito, hæc tecum cogites. Tu illos duos
olim tolerabas pro re tua, quod ſatis fore
ambobus tua bona putabas : et me tum vxo-
rem ſcilicet ducturum credidiſti. Eam- 5.
dem illam rationem antiquam obtine : con-
ſerua, quære, parce : fac, quam plurimum
relinquas illis. Obtine tu iſtam gloriam :
me*is*, quæ præter ſpem euenere, vtantur ſi-
ne. De ſumma nihil decedet : quod hinc
ac-

1. acceſſerit, id de lucro putato eſſe. Omnia hæc ſi vere cogitare in animo voles: et mihi, et tibi, et illis demſeris moleſtiam. *Br.* Mitto rem: conſuetudinem ipſorum *improbo.* *H.* Mane: ſcio: iſtuc ibam. Multa in homine ſigna inſunt, *frater*, ex quibus conie-
2. ctura facile fit, duo quum idem faciunt, vt ſæpe poſſis dicere: Hoc licet impune facere huic, illi non licet; non quod res, ſed quod, qui facit, ſit diſſimilis. Quæ ego eſſe in illis video: vt confidam, fore ita, vt volumus. Video ſapere, intelligere, in loco
3. vereri, inter ſe amare. *Vnde* ſcire liberum ingenium atque animum *potes*: quouis tu die reducas illos. At enim metuas, ne ab re tamen paullo ſint omiſſiores. O *Brenne* noſter, ad omnia alia rectius ætate ſapimus: ſolum vnum hoc vitium ſenectus adfert homi-
4. nibus; attentiores ad rem omnes ſumus, quam ſat eſt. Quod illos ſat ætas acuet. *Br.* Ne nimium modo bonæ tuæ iſtæ nos rationes et æquus iſte animus tuus ſubuertat, *frater.* *H.* Tace: non fiet. Mitte iam iſtæc: da te mihi hodie: frontem exporri-
5. ge. *Br.* Scilicet ita tempus fert, faciendum eſt: ceterum cras cum pri*ma* lu*ce* rus ibo hinc cum filio. *H.* Immo de nocte cenſeo: hodie modo fac te hilarum. *Br.* Placet: *ſed ſeruum meum interea mittam in agrum,* vt ſtipulam colligat. *H.* Ah, pergiſne? *Br.*

Digitized by Google

Iam deſino. *H.* I ergo intro : et, cui rei o- 1.
pus eſt, hilarem hunc diem ſumamus.

COLLOQVIVM IV
ex act. 5. ſc. 4.
Georgius. Brennus.

G. QVid eſt, quod ita meditaris tecum, 2.
Brenne? Br. Quid ni mediter, Georgi? Numquam ita bene ſubducta ad vitam ratione quisquam fuit, quin res, ætas, vſus ſemper aliquid noui apportet, aliquid moneat : vt illa, quæ te ſcire credas, neſcias; et, quæ tibi putaris prima, in experiendo vt 3.
repudies. Quod mihi nunc euenit. Nam ego duram, quam vixi vsque adhuc, vitam prope iam decurſo ſpatio mitto. *F.* Quam ob rem id? *Br.* Re ipſa reperi, facilitate nihil eſſe homini melius, neque clementia. *F. Quo pacto iſtuc didiciſti? Br.* Id verum eſſe 4.
ex me atque ex fratre cuiuis facile eſt noſcere. Ille vitam ſuam ſemper in otio *et tranquillitate* egit: clemens, placidus, nulli os lædere, arridere omnibus : ſibi vixit, ſibi ſumtum fecit : omnes bene dicunt, omnes amant. Ego ille agreſtis, ſæuus, triſtis, par- 5.
cus, truculentus, tenax, duxi vxorem : quam ibi miſeriam vidi ! Nati filii : alia cura. Porro autem, dum, vt illis facerem quam plurimum, ſtudeo : contriui in quærendo vitam atque ætatem meam. Nunc exacta æta-

1. ætate hoc fructus ab iis pro labore fero: o-
dium. Ille alter ſine labore patri*is* potitur
commod*is*: illum amant, me fugitant: illi
credunt conſilia omnia, illum diligunt, apud
illum ſunt ambo; ego deſertus ſum: illum,
vt viuat, optant; meam autem mortem ex-
2. ſpectant ſcilicet. Ita eos maximo meo la-
bore eductos hic paullo ſumtu ſuos fecit:
miſeriam omnem ego capio, hic potitur gau-
di*is*. Age, age, iam porro contra experia-
mur, et quid ego poſſim blande dicere aut
benigne facere, quando hic prouocat. Ego
3. quoque a meis amari me et magni pendi po-
ſtulo. Si dando id fit atque obſequendo, non
poſteriores feram. Deerit: id mea mini-
me refert, qui natu maximus ſum. *S. Non*
refragabor tibi quidem prorſus, mi Brenne:
cum grano tamen ſalis, vt aiunt, ea, quæ dixi-
4. *ſti, accipienda eſſe exiſtimo. Nam vetus qui-*
dem hoc et verum verbum eſt:

Blanda patrum ſegnes facit indulgentia natos.

COLLOQVIVM V

ex act. 5. ſc. 5.

5. *Syrus. Brennus.*

S. HEus, *Brenne:* rogat frater, ne longius abeas. *Br.* Quis homo? O Syre noſter, ſalue. Quid fit? quid agitur? *S.* Recte. *Br.* Optime eſt. Seruum haud illiberalem te præbes, et tibi lubens bene fa-

ciam. *S.* Gratiam habeo. *Br.* Atqui hoc 1.
verum eſt, et ipſa re propediem experier*is*. *Iam ad fratrem abeo.* *S.* *Miror certe ſenem hunc.* Præter naturam hæc tria iam nunc addid*it*: o noſter; quid fit? quid agitur?

COLLOQVIVM VI 2.

ex act. 5. ſc. 6.

Geta. *Brennus.*

G. OPperiere hic, Syre: ego huc ad *herum* prouiſo, quam mox iuuenem arceſſ*at*. Sed ec*ce Brennum:* ſaluus ſis. *Br.* O qui voca-
ris? *G.* Geta. *Br.* Geta, maximi pretii homi- 3.
nem te eſſe hodie iudicaui animo meo: nam is mihi profecto ſeruus ſatis es ſpectatus, cui dominus ita curæ eſt, vt tibi ſenſi, Geta. Et tibi ob eam rem, ſi quid vſus venerit, lubens bene fa*ciam.* *G.* Bonus es, quum hæc exi-
ſtimas. *Br.* Meditor eſſe adfabilis, et bene proce- 4.
dit: primulum plebem paullatim facio meam.

COLLOQVIVM VII

ex act. 5. ſc. 7.

Ioannes. *Brennus.*

I. OCcidunt me equidem, dum nimis *ma-* 5.
gnum conficere prandium ſtudent: in apparando conſumunt diem. *Br.* Quid agitur, *Ioannes?* *I.* Hem, mi pater, tu hic eras? *Br.* Tuus vero et natura et animo pater, qui te plus quam oculus hosce. Sed *vbi*

Digitized by Google

1. *bi eſt contubernalis tuus?* cur non domum
arceſſis? *I.* Cupio; verum hoc mihi moræ
eſt: *ægrotare contubernalis in itinere cœpit;*
nec ſunt, qui eum hinc aſportent. *Br.* Viſne
tu *mihi* auſcultare? *I.* Quid? *Br.* Iube hanc
in horto maceriam dirui, quantum poteſt:
2. hac transfer. *I.* Placet, pater: *et ago gra-*
tias, quum te video tam ex animo factum
huic homini velle. *Br.* Sic ſoleo: *et di-*
gnum arbitror. Tu quid ais? *I.* Sic opi-
nor. *Br.* Multo rectius eſt, quam ill*um iu-*
uenem nunc per viam huc ægrot*um* duci. *I.*
3. Nihil enim vidi melius, mi pater.

COLLOQVIVM VIII

ex act. 5. ſc. 8.

Hyginus. Brennus. Ioannes.

H. IVbet frater? vbi is eſt? tune iubes
4. hoc, *Brenne?* *Br.* Ego vero iubeo et
hac re et aliis omnibus quam maxime adiu-
uare *hanc feminam et* colere. *I.* Ita quæſo,
pater. *H.* Haud aliter cenſeo. *Br.* Immo
ſane ita *nos* decet. Primum *Sabini tui* ma-
ter eſt. *H.* Quid poſtea? *Br.* Proba et mo-
5. deſta. *H.* Ita aiunt. *Br.* Natu grandior.
H. Scio. *Br.* *Duriter vitam agit: lana ac*
tela quæritare victum iam diu per annos non
poteſt: nec quiſquam eſt, qui eam reſpici-
at: ſola eſt. *H.* Quam rem hic agit? *Br.*
Hanc te *domum recipere* æquum eſt et ope-

 ram

ram dare, vt *alatur.* *H.* Me *alere* autem? 1.
Br. Te. *H.* Me? *Br.* Te, inquam. *H.*
Ineptis. *I.* Mi pater. *H.* Quid? tu au-
tem huic auſcultas, aſine? *Br.* Nihil agis:
fieri aliter non poteſt. *H.* Deliras. *I.* Si-
ne te exorem, mi pater. *H.* Inſanis? au-
fer. *I.* Age, da veniam filio. *H.* Satis- 2.
ne ſanus es? Ego anum decrepitam *recipi-
am, qui matrem domi habeam annos quinque
et ſexaginta natam? quæ concordia ſperari
poteſt?* idne mihi auctores eſtis? *I.* Fac: pro-
miſi ego illi. *H.* Promiſiſti autem? De te
largitor, puer. *Br.* Age: quid, ſi te maius 3.
oret? *H.* Quaſi hoc non ſit maximum. *Br.*
Da veniam. *I.* Ne grauere. *Br.* Fac, pro-
mitte. *H.* Non omittis? *Br.* Non, niſi te
exorem. *H.* Vis hæc quidem eſt. *Br.*
Age, age: prolixe, *Hygine.* *H.* Etſi hoc
durum atque a *commodis meis* alienum vide- 4.
tur: ſi vos tantopere iſtuc vultis, fiat. *I.*
Bene facis: merito te amo. *Br.* Verum
quid? quid ego dicam? Hoc confit, quod
volo. Quid nunc, quod reſtat? Hegio his
proximus cognatus eſt, adfinis nobis, pau-
per: bene illi aliquid facere nos decet. *H.* 5.
Quid facere? *Br.* Paullum hic agelli ſub vrbe
eſt, quod locitas foras: huic demus, qui fru-
atur. *H.* Paullum id autem? *Br.* Si mul-
tum ſit, faciendum eſt: pro patre *mihi fuit*,
bonus eſt, noſter eſt, recte datur. Poſtremo

non

1. non meum illud verbum facio, quod bene tu et ſapienter dixiſti dudum: Vitium commune omnium eſt, quod nimium ad rem attenti in ſenecta ſumus. Hanc maculam nos effugere decet. Dictum vere eſt: et re ipſa oportet fieri, *mi frater*. *H.* Quid iſtuc?
2. Dabitur, quando quidem hic vult. *I.* Mi pater. *Br.* Nunc tu germanus mihi pariter corpore es et animo. *H.* Gaudeo. *Br* Suo hunc gladio iugulo.

COLLOQVIVM IX
ex act. 5. ſc. 9.

3. *Syrus. Brennus. Hyginus. Ioannes.*

S. FActum eſt, quod iuſſiſti, *Brenne*. *Br.* Frugi homo es: ego *ſane* hodie mea quidem ſententia æquum iudico, Syrum fieri liberum. *H.* Iſtunc liberum? quod-
4. nam ob factum? *Br.* Multa. *S.* O *Brenne* noſter, bonus *profecto* vir es: ego vobis ambos iſtos vsque a pueris curaui ſedulo; docui, monui; bene ſemper, quæ potui, præcepi omnia. *Br.* Res apparet: et quidem porro, obſonare, cum fide *ſocios* adducere,
5. conuiuium de die apparare. Non mediocris hæc hominis officia ſunt. *S.* O lepidum caput! *Br.* Poſtremo hodie in *villa* iſta emenda *tibi* adiutor fuit, hic curauit; prodeſſe æquum eſt, alii *hoc exemplo* meliores erunt. Denique hic vult fieri. *H.* Visne

Digitized by Google

ne tu hoc fieri, *mi fili?* *I.* Cupio. *H.* Si 1.
quidem tu vis: Syre, eho, accede huc ad
me; liber eſto. *S.* Bene facis: omnibus
gratiam habeo, et præterea ſeorſum tibi,
Brenne. *Br.* Gaudeo. *I.* Et ego. *S.*
Credo: vtinam perpetuum hoc gaudium fi-
at, vt vxorem meam vna mecum videam li- 2.
beram. *Br.* Emitti æquum eſt: a me ar-
gentum, quanti eſt, ſumito. *S. Deus* tibi
omnia ſemper optata adferat, *Brenne.* *H.*
Syre, pulchre proceſſiſti hodie. *Br.* Si qui-
dem porro tu officium tuum facies, *Hygi-*
ne: atque huic paullum aliquid præ manu 3.
dederis, vnde vtatur. Cito tibi reddet. *H.*
Iſtoc vilius. *I.* Homo frugi eſt. *S.* Red-
dam *ſane:* da modo. *I.* Age, pater. *H.*
Poſt conſulam. *Br.* Faciet. *S.* O vir o-
ptime. *I.* O mi pater feſtiuiſſime. *H.*
Quid iſtuc? quæ res tam repente mores tu- 4.
os mutauit? quæ iſtæc ſubita eſt largitas?
Br. Dicam tibi, *mi frater.* Vt id oſtende-
rem, quod iſti facilem te et feſtiuum putent,
id non fieri ex vera vita, neque adeo ex æ-
quo et bono: ſed ex adſentando, indulgen-
do et largiendo. Nunc adeo ſi mea vobis 5.
vita eam ob rem inuiſa eſt, *Ioannes*, quia non
omnia omnino, iuſta, iniuſta, prorſus obſe-
quor: miſſa facio, effundite, emite: faci-
te, quod vobis lubet. Sed ſi id potius vul-
tis; quæ vos propter adoleſcentiam minus
vi-

Digitized by Google

1. videtis, magis impenſe cupitis, parum conſulitis, hæc reprehendere me et corrigere *et* obſecundare *etiam* in loco: ecce me, qui id faciam vobis. *I.* Tibi, pater, permittimus: plus ſcis, quam facto opus eſt.

2. COLLOQVIORVM TERENTIANORVM LIBER V *SIVE*

3. PHORMIO.

COLLOQVIVM INITIALE ex prologo.

4. *Cato. Antonius. Terentius.*

C. ERgo non poteſt poetam *noſtrum* a ſtudio retrahere *Lauinius* et in otium transdere? *A. Et tamen* maledictis deterrere hominem, ne ſcribat, parat: ita *enim* di-
5. ctitat, quas antehac fecit, tenui oratione eſſe et ſcriptura leui fabulas. *C. O hominem ineptum! Qui* ſi intelligeret, palmam in medio poſitam eſſe omnibus, qui artem *poeticam* tractant; *nec laceſſendos ob induſtriam viros innocentes:* multo minus audacter læde-

deret, quam lædit. *A. Ita eſt, mi Cato.* Be- 1.
nedictis ſi certaſſet, audiſſet bene: *nunc,*
quoniam peccandi finem non facit, quod
ab illo allatum eſt, ſibi relatum eſſe putet;
reſpondere *enim Terentius* voluit, non la-
ceſſere. *Scio autem,* quid vel*it homo male-*
uolus: ab ſtudio ad famem reiicere *poe-* 2.
tam ſtud*et. Sed ecce Terentium ipſum:*
quam properat? T. Saluete, ſaluete. A.
Et tu quoque ſaluus ſis, o Terenti. Quid
apportas nobis? T. Nouam comœdiam ap-
porto, quam Græci vocant EPIDICAZO-
MENON: Latini PHORMIONEM nominant. 3.
A. Cur Phormionem Latini? T. Quia, qui
primas partes aget, is Phormio erit para-
ſitus: per quem res maxime geretur. Da-
te *igitur* operam *et* æquo animo adeſte.
Nam ſi veſtra voluntas ad poetam acceſſe-
rit: *alii quoque fauebunt et* æquo animo 4.
per ſilentium ad*erunt; nec* ſimili vte-
mur fortuna atque vſi *nuper* ſumus,
quum per tumultum grex noſter loco
motus eſt, quem actoris virtus bonitas-
que et æquanimitas veſtra adiutans no-
bis reſtituit. *C.* et *A. Dabimus qui-* 5.
dem operam.

LIBRI

Digitized by Google

1. # LIBRI V

SECTIO I

eiusque

2. ## *COLLOQVIVM I*

ex act.1.ſc.1.

Fridericus. Philippus.

Fr. CVr heri *non inuiſiſti me, Philippe, Ph.* Amicus meus ſummus et popularis
3. *Cotta* ad me venit: erat ei iam pridem apud me de ratiuncula pauxillulum nummorum reliquum: id vt conficerem, *me rogauit*: confeci, adfero. *Fr. Oh*, herilem eius filium duxiſſe vxorem audio: ei, credo, hoc munus corraditur. *Ph. Ergo* quod ille vn-
4. ciatim de demenſo ſuo vix comparſit miſer, ſuum genium defraudans: id illa vniuerſum *hoc modo* abripiet; haud exiſtimans, quanto labore partum *ſit? Fr. Nondum id ſatis eſt, Philippe.* Alio *enim* munere ferietur, vbi hera pepererit: porro autem alio, vbi
5. initiabunt. Omne hoc mater auferet: puer cauſſa mittendi erit. *Ph.* Quam inique comparatum eſt, vt ii, qui minus habent, ſemper aliquid addant diuitioribus?

COL-

COLLOQVIVM II 1.
ex act. 1. ſc. 2.
Valerius. Martinus. Philippus.

V. SI quis me quæret rufus. *M.* Præſto
eſt: deſine. *V.* Oh! at ego obuiam
conabar tibi, *Philippe.* *Ph.* Accipe *pecu-* 2.
niam et numera: conuenit numerus, quan-
tum debui. *V.* Amo te: et habeo gratiam,
non neglexiſſe. *Ph.* Præſertim vt nunc
ſunt mores: adeo res redit; ſi quis quid red-
dit, magna habenda eſt gratia. Sed quid tu
es triſtis? *V.* Egone? neſcis, in quo metu et 3.
quanto in periculo ſim? *Ph.* Quid iſtuc eſt?
V. Scies: modo vt tacere poſſis. *Ph.* Abi
ſis, inſciens: cuius tu fidem in pecunia per-
ſpexeris, vereri ei verba credere; vbi te fal-
lere quid lucri mihi eſt? *V.* Ergo auſculta.
Ph. Hanc operam tibi dico. *V.* Senis no- 4.
ſtri fratrem maiorem *Richardum* noſtine?
Ph. Quidni? *V.* Quid? eius gnatum *Phi-
lonem*? *Ph.* Tamquam te. *V.* Euenit, vt
ambobus ſimul ſenibus, illi iter in *Holſati-
am* eſſet, noſtro *Francofurtum* ad hoſpitem
antiquum: is ſenem per epiſtolas pellexit, 5.
modo non montes auri pollicens. *Ph.* Cui
tanta res erat, et ſupererat? *V.* Deſinas: ſic
eſt ingenium. *Ph. Perge.* *V.* Abeuntes
ambo hic me filiis tum quaſi magiſtrum re-
linquunt. *Ph.* O *Valeri*, duram cepiſti
pro-

1. prouinciam. *V.* Mihi vſus venit: hoc
ſcio. Noſter primo nil quidquam mali.
Hic *Philo autem* continuo nactus eſt *ſocium*
quemdam, *hominem nequiſſimum: huic ad-
hærere, hunc* ſectari cœpit perdite. *Non
intermiſi equidem* in ludum ducere et redu-
2. cere *iuuenes. Sed* in quo ludo diſcebant,
ei loco ex aduerſo *eſt* tonſtrina quædam:
hic ſolebat fere plerumque eum opperiri,
dum inde iret domum. *Quid facerem?* Cœ-
pi aduerſari primo. Quid verbis opus eſt?
Dum ſeni ſum fidelis, ſcapulas perdidi. *Ph.*
3. Iſtæc in mentem venerunt mihi: namque
inſcitia eſt, aduerſum ſtimulum *ſi* calces. *V.*
Tandem omnia his cœpi facere: obſequi,
quæ vellent. Reſtabat nihil aliud, niſi *æs
alienum contrahere:* neque *enim*, quod da-
retur quidquam, id patres curarant. Inte-
4. rea *hodie mane* dum ſedemus *ego et noſter
Antonius cum amicis nonnullis in horto*, ado-
leſcens quidam interuenit lacrimans. Nos
mirari: rogamus, quid ſit. Numquam æ-
que, inquit, ac modo paupertas mihi onus
viſum eſt et miſerum et graue. Modo mi-
5. ſerum quemdam *iuuenem* hic viciniæ vidi,
patruelem ſuum lamentari *in carcerem con-
iectum. Stabat* exaduerſum: neque illi be-
neuolens, neque notus, neque cognatus, ex-
tra vnum *ſenem*, quiſquam aderat, qui *inter-
cederet.* Miſertum eſt. *Iuuenis ipſe vultu*

modeſto. Quid verbis opus eſt? Commo- 1.
uerat nos omnes. Ibi continuo *Antonius:* vultisne, eamus viſere? Alius: cenſeo, eamus, duc nos ſodes. Imus, venimus, videmus: *ecce noſter Philo.* *Ph. Horreſco.* *V. Sciſne, cur?* Quo euadat, vide. *Henricus me iubente* recta ad *conſulem* pergit; obſe- 2.
crat, vt ſibi *viſendi patruelis* copiam faciat. *Ille* ſe negat: neque *enim* eum æquum ait *poſtulare, quum fraudi hoc eſſe creditoribus poſſit: neque* ſibi lege id facere licere. Noſter, quid ageret, neſcire: et illum *liberare* cupiebat, et metuebat *præſentem cuſtodem.* 3.
Ph. Non, ſi *obtuliſſet pecuniam, eum admitteret cuſtos? V.* Ille *inuito conſule admitteret aliquem?* Numquam faceret. *Ph.* Non multum fortaſſe habet *etiam*, quod det. *V.* Immo nihil, niſi ſpem meram. *Ph.* Quid fit denique? *V.* Quid fiat? Eſt paraſitus 4.
quidam Phormio, homo confidens: qui, illum *mala crux* perd*at.* *Ph.* Quid is fecit? *V.* Hoc conſilium, quod dicam, *inueni* dedit. Ego te *debere mihi* dicam *imperiales quinquaginta*, et dicam ſcribam tibi: *ſeiserum* me *creditorem* adſimulabo: ad iudices 5.
veniemus; *cur dederim pecuniam, quantum acceperis, quando redditurum te promiſeris:* omnia hæc confingam, quod bonum erit mihi atque commodum: quum tu horum nihil refelles, vincam ſcilicet: *lictor.* aderit,

du-

1. *ducet*: quid *tua? vnum tantum carcerem*
habent et tibi quidem hoc modo patruelis vi-
dendi et forte liberandi etiam erit copia, *qua*
in re vos nocte inſequenti ſtrenue adiutabo.
Ph. Iocularem audaciam! *V.* Perſuaſum
eſt homini: factum eſt: ventum eſt: vinci-
2. *tur*: d*ucitur*. *Ph.* Quid narras? *V.* Hoc,
quod audis: *et nunc ſerio pecuniam poſtulat*
Phormio. *Ph.* O *Valeri*, quid *de* te futu-
rum eſt? *V.* Neſcio *profecto*. Vnum hoc
ſcio: quod fors feret, æquo feremus ani-
mo. *Ph.* Places: hem iſtuc viri eſt offici-
3. um. *V.* In *te* ſpes omnis mihi eſt. Ad *he-*
rum adi, et pro me apud eum intercede. *Ph.*
Num rediit? *V.* Nondum: ſed epiſtolam
ab eo allatam eſſe modo audiui et ad *vicinum*
noſtrum delatam; hanc petam. *Ph.* Quid
rei gerit *vicinus*. *V.* Sic tenuiter. *Ph.*
Quoad *vero* ſenem veſtrum exſpectatis? *V.*
4. Non certum ſcio: *ſed propediem tamen ad-*
futurum arbitror. *Tu fac mei memor ſis*.
Ph. Faciam: *ſed* ſi poſthac *tale* quidquam,
nihil precor. Num quid me vis aliud? *V.*
Vt bene ſit tibi. *Ph. Id faxit deus.*

5. ## *COLLOQVIVM III*
ex act. 1. ſc. 3.
Nicander. Sebaſtianus.

N. **C***Vr ita triſtis mihi videris, Sebaſtiane?*
S. Ah, Nicander! adeone rediiſſe rem,

vt, qui conſultum mihi eſſe optime velit, 1.
patrem extimeſcam, vbi in mentem eius ad-
uent*us* venit? Quod ni incogitans fuiſſem:
ita eum *nunc* exſpectarem, vt par fuit. *N.*
Quid iſtuc eſt? *S.* Rogitas, qui tam audacis
facinoris mihi ſis conſcius? Quod vtinam
uadere ne in mentem *Ludolpho* incidiſſet: 2.
neue me cupidum eo impuliſſet, quod mihi
principium eſt mali. *Non deſeruiſſem ſcho-*
lam: neque militiæ nomen dediſſem. Fuis-
ſet mihi tum illos dies aliquot ægre: at non
quotidiana hæc cura animum angeret. *N.*
Audio. *S. O ſi quis* veniat *nunc et* hanc 3.
mihi *moleſtiam* adimat. *N. Miror ſane, mi*
Sebaſtiane. Aliis, quia deſit, quod *cupiunt*,
ægre eſt: tibi, quia ſupereſt, dolet. *Non*
gregarius miles es, ſed aliis præfectus: liber-
tate frueris: et pecunia, vt video, abundas:
vt ne addam, quod ſine ſumtu *hanc ſpartam* 4.
nactus es: palam beatus, ni vnum deſit, ani-
mus, qui modeſte iſtæc ferat. *Profecto ſi*
mihi liceat *hac tua felicitate* frui *per trien-*
nium: iam depaciſci mortem cu*perem.* *S.*
Ita quidem videtur tibi: et ita plerique in-
genio omnes ſumus, nos noſtri pœnitet. 5.
Quod ſi res tibi cum *iis hominibus* ſit, qu*ibus*
cum mihi eſt: tum ſentias. Tu fortunatus
quidem nunc vider*is* mihi, *Nicander*, cui de
integro poteſtas eſt etiam conſulendi, quid
velis retinere, *eligere, deſerere:* ego infe-
lix

1. lix in eum locum incidi, vt, *quoniam parente inſcio id factum eſt*, neque mihi *deſerendi* eius nec retinendi copia ſit. Sed hoc quid eſt? Videone ego aduenire huc currentem *Strauchium*? Is ip*ſe* eſt: hei, timeo miſer, quam nunc mihi rem hic nuntiet.

2.

COLLOQVIVM IV

ex act. 1. ſc. 4.

Claudius. Dauus. Leander.

Cl. QVid hoc eſt, o Daue? cur ego te ita currentem huc aduenire video? Timeo
3. *ſane, quam nunc mihi rem nunties. D. Non fruſtra times, Claudi.* Nullus es, niſi iam celere aliquod *nobis* conſilium repereris: ita ſubito tanta nunc mala imparat*is* impendent; quæ neque vti deuitem ſcio, neque quo modo me inde extraham. Nam celari
4. noſtra diutius audacia iam non poteſt: quæ ſi non aſtu prouidentur, *vtrumque* peſſum dabunt. *L.* Quidnam ille commotus venit? *D.* Tum temporis punctum mihi ad hanc rem eſt: herus adeſt. *L.* Quid iſtuc mali eſt? *D.* Quod quum audierit: quod eius ira-
5. cundiæ remedium inueniam? Loquarne? incendam. Taceam? inſtigem. Purgem me? laterem lauem. Eheu me miſerum! Tum mihi paueo, tum *Leander* me animi excruciat. Eius me miſeret: is me nunc retinet. Nam absque eo eſſet: recte ego

Digitized by Google

mihi vidiſſem, et vltus eſſem iracundiam ſe- 1.
nis; conuaſaſſem aliquid, atque hinc me in
pedes protinus coniicerem. *L. Quam hic*
ſugam aut *quod* furtum parat? *Accedam propius.*
D. Sed vbi *Leandrum* reperiam, aut qua via
quærere inſiſtam? *L. Me* nominat. *D.* Do-
mum ire pergam: ibi plurimum eſt. *L.* 2.
Reuoc*abo* hominem. Sta illico. *D.* Hem,
ſatis pro imperio, quisquis es. *L. Daue.*
D. Ipſe eſt, quem volui obuiam. *L.* Cedo:
quid portas, obſecro? atque id, ſi potes,
verbo expedi. *D.* Faciam. *L.* Eloquere.
D. Modo apud portum. *L. Herusne ve-* 3.
nit? D. Intellexiſti. *L.* Occidi. *Cl.* Hem.
L. Quid agam? *Cl.* Quid ais? *D. Herum no-*
ſtrum vidiſſe me. *L.* Nam quod ego reme-
dium nunc ſubito huic exitio inueniam mi-
ſer? Quod ſi eo fortunæ meæ redeunt, vt
abs te diſtrahar, *Daue, et ad militiam cogar*: 4.
nulla mihi vita expetenda eſt. *D.* Ergo
quum iſtæc ita ſint, *Leander*: tanto magis
te aduigilare æquum eſt. Fortes fortuna
adiuuat. *L.* Non ſum apud me. *D.* At-
qui nunc opus, quum maxime, vt ſis: nam ſi
timidum te eſſe *herus* ſenſerit, commeruiſſe 5.
culpam arbitrabitur. *Cl.* Hoc verum eſt.
L. Non poſſum immutari. *D.* Quid, ſi
grauius aliquid tibi nunc faciendum foret?
L. Quum hoc non poſſum, illud minus poſ-
ſem. *D.* Hoc nihil eſt, *Leander*: ilicet.
Quid

Digitized by Google

1. Quid fruſtra operam conterimus? Quin abeo. *Cl.* Et quidem ego. *L.* Obſecro, *mi Daue*: quid, ſi adſimulo? ſatisne eſt? *D.* Garris. *L.* Vultum contemplamini: hem, ſatisne ſic eſt? *D.* Non. *L.* Quid, ſi ſic? *D.* Propemodum. *L.* Quid, ſi ſic?
2. *D.* Sat eſt. Hem, iſtuc ſerua; et verbum verbo, par pari vt reſpondeas: ne te protelet ſæuidictis ſuis iratus. *L.* Scio. *D.* Vi coactum te eſſe inuitum. Tenes? Sed quis hic eſt ſenex, quem video in vltima platea? *L.* Ipſe eſt: non poſſum adeſſe. *D.* Ah,
3. quid agis? quo abis, *Leander*? Mane, mane, inquam. *L.* Egomet me noui et peccatum meum: vobis commendo *res meas*. *Cl. Daue*, quid nunc fiet? *D.* Tu iam lites audies: ego plectar pendens, niſi quid me fefellerit. Sed quod modo hic nos *Lean-*
4. *drum* monuimus: id nosmet ipſos facere oportet, *Claudi*. *Cl.* Aufer mihi OPORTET: quin tu, quid faciam, impera. *D.* Meminiſtine, vt olim veſtra oratio in re incipienda ad defendendam noxiam fuerit? Iuſtam illam cauſſam *eſſe*, facilem, vincibilem, optimam.
5. *Cl.* Memini. *D.* Hem nunc ipſa ea opus eſt: aut, ſi quid poteſt, meliore et callidiore. *Cl.* Sedulo fiet. *D.* Nunc prior tu adito: ego hic in inſidiis ero ſuccenturiatus, ſi quid deficies. *C.*

Age.

COLLOQVIVM V 1.
ex act. 1. ſc. 5.
Matthias, herus. *Dauus*. *Claudius*.

M. ITane tandem iniuſſu meo *equum vendidit Leander?* nec meum imperium: ac (mitto imperium) non ſimultatem 2.
meam reuereri ſaltem? non pudere? Facinus audax! O *Daue* monitor! *D.* Vix tandem. *M.* Quid dicent mihi, aut quam cauſſam reperient? Demiror. *D.* Atqui reperi iam, aliud cura. *M.* An hoc dicent mihi: inuitus fecit, *iudex* coegit? Audio et fateor. *D.* 3.
Placet. *M.* Verum ſcientem et tacitum cauſſam aduerſariis tradere: etiamne id facere *iudex* coegit? *Cl.* Illud durum. *D.* Ego expediam: ſine. *M.* Incertum eſt, quid agam: quia præter ſpem atque incredibile hoc mihi obtigit. Ita ſum irritatus, vt animum 4.
nequeam ad cogitandum inſtituere. Quam ob rem omnes, quum res maxime ſecundæ ſunt, tum meditari ſecum oportet maxime, quo pacto aduerſam fortunam ferant. Pericula, damna, *calumnias* peregre rediens ſemper cogitet; aut filii peccatum, aut vxo- 5.
ris mortem, aut morbum filiæ: communia eſſe hæc et poſſe fieri, vt ne quid nouum animo ſit; quidquid præter ſpem eueniat, id omne in lucro eſſe deputare. *D.* O *Claudi*, incredibile eſt, quando herum ſapientia anteeo. Medi-

1. ditata mihi ſunt omnia incommoda mea: herus ſi re-
dierit, molendum vsque in priſtino; vapulandum;
habendæ compedes; opus ruri faciendum. Horum
nil quidquam animo meo nouum accidet: quidquid
præter ſpem eueniet, omne id in lucro eſſe deputabo.
Sed quid adire hominem ceſſas et blande in princi-
pio adloqui? *M.* Fratris mei *ſeruum* mihi obui-
2. am ire video. *Cl.* Salue, mi *Matthia.* *M.*
Salue: ſed vbi eſt *Leander?* *Cl.* Saluum ad-
uenire. *M.* Credo: hoc reſponde mihi. *Cl.*
Valet: hic eſt. Sed ſatiſne omnia ex ſen-
tentia? *M.* Vellem quidem. *Cl.* Quid i-
ſtuc? *M.* Rogitas, *Claudi?* Bonas me ab-
3. ſente hic *res* confeciſtis. *Cl.* Eho, an id
ſuccenſes nunc illi, *quod equum vendidit?*
D. Artificem probum. *M.* Egone illi non ſuc-
cenſeam? Ipſum mihi in conſpectum dari
geſtio: vt me, lenem illum *herum*, ſua nunc
culpa factum eſſe acerrimum ſciat. *Cl.* At-
4. qui nil fecit, quod ſuccenſeas. *M.* Ecce
autem ſimilia omnia: omnes congruunt:
vnum cognoris, omnes noris. *Cl.* Haud i-
ta eſt. *M.* Hic in noxa eſt, ille ad defen-
dendam cauſſam adeſt: quum ille eſt, hic
præſto eſt: tradunt operas mutuas. *D.*
5. Probe eorum facta depinxit ſenex imprudens. *M.*
Nam ni hæc ita eſſent: cum illo haud ſta-
res, *Claudi.* *Cl.* Si eſt, *Matthia optime*, vt
culpam in ſe admiſerit *Leander*, ex qua rei
minus foret temperans: non dico cauſſam,
quin ferat, quod ſit meritus. Sed ſi quis for-

Digitized by Google

te malitia ſua fretus inſidias *eius* adoleſcen- 1.
tiæ fecit, ac vicit: *eius*ne culpa ea eſt; an
iudicum, qui ſæpe propter inuidiam diuiti
adimunt aut propter miſericordiam addunt
pauperi? *D.* **Ni noſſem cauſſam, vera hunc loqui
crederem.** *M.* An quiſquam iudex eſt, qui
iuſta tua poſſit noſcere: vbi tute verbum 2.
non reſpondeas, vt ille fecit? *Cl. Scio, quid
acciderit.* Poſtquam ventum eſt ad iudices:
non proloqui cogitata potuit, ita eum tum
timidum ibi obſtupefecit *conſeſſus tot viro-
rum.* *D.* **Laudo hunc: ſed ceſſo quam primum
adire ſenem?** Here, ſalue: ſaluum te aduenis- 3.
ſe gaudeo. *M.* Oh! Bone cuſtos, ſalue:
columen vero familiæ, cui *res meas* hinc ab-
iens commendaui. *D.* **Iam** dudum te o-
mnes nos accuſare audio: immerito, et me
omnium horum immeritiſſimo. Nam quid
me in hac re tibi facere voluiſti? Seruum 4.
hominem cauſſam orare leges non ſinunt:
neque teſtimonii dictio eſt. *M.* Mitto o-
mnia. Addo iſtuc: imprudens timuit *Le-
ander*, ſino; tu ſeruus. Verum ſi *iure cen-
turio poſcere pecuniam potuit*: non fuit ne-
ceſſe *equum ipſi dare;* ſed, id quod lex iu- 5.
bet, *creditum ſolueretis;* quæreret alium *e-
quum.* Qua ratione *equum* potius *ab*duce-
bat? *D.* Non ratio, verum argentum de-
erat. *M.* Sumeret alicunde. *D.* Alicun-
de? Nihil eſt dicto facilius. *M.* Poſtre-
mo,

Digitized by Google

1. mo, ſi nullo alio pacto, fenore. *D.* Hui, dixiſti pulchre: ſi quidem quisquam crederet te *abſente.* *M.* Non, non ſic futurum eſt: non poteſt. Commonſtrari mihi iſtum hominem volo, aut, vbi habitet, demonſtrari. *D.* Nempe Phormionem? *M.* Iſtum *aucto-*
2. *rem nequitiæ.* *D.* Iam *faciam*, hic aderit. *M. Leander* vbi nunc eſt? *Cl.* Foris. *M.* Abi, *Claudi:* eum require atque huc adduc. *Cl.* Recta quidem via illuc eo. *M.* At ego hinc domum diuertor: inde ibi ad forum atque aliquot mihi amicos aduocabo, qui ad-
3. ſint ad hanc rem; vt ne imparatus ſim, ſi aduèniat *Braſſicanus.*

SECTIO II

eiusque

4. ## *COLLOQVIVM I*

ex act. 2. ſc. 1.

Phormio. Dauus.

Ph. ITane conſpectum *heri* veritum hinc abiiſſe *Leandrum* ais, *Daue?* *D.* Ad-
5. modum. *Ph. Braſſicanum* relictum ſolum? *D.* Sic. *Ph.* Et iratum ſenem? *D.* Oppido. *Ph.* Ad te ſolum redit ſumma rerum, Phormio: tute hoc intriſti, tibi omne exedendum eſt: accingere. *D.* Obſecro te. *Ph.* Si rogitabit. *D.* In te ſpes eſt. *Ph.*

Omni-

Digitized by Google

Omnino. Quid, ſi repetet *equum?* *D.* Tu 1.
impuliſti *nos.* *Ph.* Sic opinor. *D.* Subueni. *Ph.* Cedo ſenem: iam inſtructa mihi ſunt in corde conſilia omnia. *D.* Quid ages? *Ph.* Quid vis: niſi vt ex crimine hoc eripiam *Leandrum*, atque in me omnem iram ſenis deriuem? *D.* O vir fortis atque 2.
amicus! Verum hoc ſæpe vereor, ne iſtæc fortitudo in neruum denique erumpat. *Ph.* Ah, non ita eſt: factum eſt periculum: iam viſa pedum via eſt. Quot me homines iam vſque ad necem deuerberaſſe cenſes? Quo magis noui, tanto ſæpius. Cedo dum: en, 3.
vmquam iniuriarum dicam mihi ſcriptam audiuiſti? *D.* Qui iſtuc? *M.* Quia non rete accipitri tenditur, neque miluio, qui male faciunt nobis; illis, qui nil faciunt, tenditur: in illis enim fructus eſt, in illis opera luditur. Aliis, vnde aliquid abradi poteſt, 4.
aliunde eſt periculum: mihi ſciunt nihil eſſe. Dices: damnatum *te* domum ducent *et in vinculis iubebunt ſeruire.* Alere nolunt hominem edacem: et ſapiunt mea quidem ſententia, pro maleficio beneficium ſummum nolunt reddere. *D.* Non pot*eſt* 5.
ſatis pro merito tibi ab illo gratia referri. Sed ſenex adeſt: vide, quid agas. Prima coitio eſt acerrima: ſi eam ſuſtinueris; poſt illa iam ludas licet, vt lubet.

COL-

Digitized by Google

1. ## *COLLOQVIVM II*
ex act.2.ſc.2.
Manilius, vicinus. *Ioachimus*, ſeruus. *Bernhardus*, herus.

M. Q*Vid ibi herus tuus ita muſſitat, Ioachi-*
2. *me?* *I.* Iratus eſt, *vt videtur*, *M.*
Quin tu hoc age, ſt: ego iam hunc agitabo.
Negat *hunc Blaſium* eſſe cogna*tum* ſibi *Bern-*
hardus? hunc Bernhardus cogna*tum* ſibi eſ-
ſe negat? *I.* Negat. *M.* Neque patrem e-
ius ſcire ſe, qui fuerit? *I.* Negat. *M.* Nec
3. *Rupertum* ipſum ſcire, qui fuerit? *I.* Negat.
M. Quia egens reli*ctus* eſt mi*ſer:* ignoratur
parens; ip*ſe* negligitur. Vide, quid facit
auaritia. *I.* Si auaritiæ herum inſimulabis,
male audies. *M.* Nam *Petro* quod ſuccen-
ſeam, nihil iam eſt: ſi illum minus norat.
4. Quippe adoleſce*ns eſt*: *Rupertus autem*
homo iam grandior *erat*, pauper, cui vita e-
rat opera, ruri fere continebat ſe, ibi agrum
de noſtro patre colendum habebat. Sæpe
interea ſenex narrabat mihi, ſe negligere
hunc cognatum ſuum. At quem virum?
5. quem ego viderim in vita optimum. *I.* Vi-
deas te atque illum, vt narras. *M.* Abi in
malam crucem: nam ni ita eum exiſti-
maſſem, numquam tam graues in familiam
veſtram inimicitias ob *hu*nc caperem, qu*em*
is nunc tam illiberaliter adſpernatur. *I.*

Per-

Pergiſne hero abſenti male loqui, impuriſſi- 1.
me? *M.* Dignum autem hoc illo eſt. *I.* A-
in tandem, carcer? B. *Ioachime.* *I.* Bo-
norum extortor, legum contortor. B. *Io-
achime.* *M.* Reſponde. *I.* Quis homo
eſt? Ehem! B. Tace. *I.* Numquam *hic*
abſenti tibi te indignas ſeque dignas contu- 2.
melias hodie ceſſauit dicere. B. Ohe deſi-
ne, *Ioachime mi.* Primum hoc abs te bona
venia peto, *Manili,* vt mihi reſpondeas, ſi ti-
bi placet. Quem ais fuiſſe iſtum amicum
tuum (explana mihi) et qui me cognatum ſi-
bi eſſe diceret? *M.* Proinde expiſcare, quaſi 3.
non noſſes. B. Noſſem? *M.* Ita. B. Ego
me nego: tu, qui ais, redige ad memoriam.
M. Eho, tu ſobrinum tuum non noras? B.
Enecas: dic nomen. *M.* Nomen? maxi-
me. B. Quid nunc taces? *M.* Perii *ſane*:
nomen perdidi. B. Hem. quid ais? *M. Io-* 4.
achime, ſi meminiſti id, quod olim dictum
eſt: ſubiice. Hem, non dico: quaſi non no-
ris, tentatum aduenis. B. Egone autem
tento? *I. Rupertus.* *M.* Atque adeo quid
mea? *Rupertus* eſt. B. Quem dixiſti? *M.*
Rupertum, inquam, noueras? B. Neque il- 5.
lum noram, neque mihi cognatus quiſquam
iſto nomine fuit. *M.* Itane? non te horum
pudet? At ſi rem talentorum decem reli-
quiſſet. B. *Tace: rogo te.* *M.* Primus
eſſes, progeniem veſtram vſque ab auo at-
que

1. que atauo memoriter proferens. B. Ita, vt dicis. Ego tum, ſi aduenißem, dicerem, *quomodo* cognat*us is* mihi eſſet: item tu fac; cedo, *quomodo* eſt cogna*tus? I.* Heus noſter, recte: heus tu caue, *Manili. M.* Dilucide expediui *nuper,* quibus me *teſtimo-*
2. *niis et* iudicibus oportuit. Tum ſi falſum id fuerat: *Petrus tuus* cur non refellit? B. Filium narras mihi: cuius de ſtultitia dici, vt dignum eſt, non poteſt. *M.* At tu, qui ſapiens es, magiſtratus adi, vt de eadem cauſſa tibi iterum iudicium reddant? quando-
3. quidem ſolus regnas, et ſoli licet de eadem cauſſa bis iudicium hic adipiſci. B. Etſi facta mihi iniuria eſt: verum tamen potius, quam lites ſecter aut te audiam, id, quod lex iubet, da*bo*; itidem vt ſi ſit cognatus. Accipe *imperiales* quinque: *et crede eſſe acer-*
4. *biſſimum, filiorum imprudentiam parentum pœnis lui. M.* Ha, ha, he: homo ſuauis! B. Quid eſt? num iniquum poſtulo? *M.* Ohe, *Bernharde*: actum, aiunt, ne agas. B. Non agam? Immo haud deſinam, donec hoc perfecero. *M.* Ineptis. B. Sine modo.
5. *M.* Poſtremo tecum nihil rei *mihi* eſt, *Bernharde.* Tuus gnatus damnatus eſt, non tu: *quia et cognatum ſibi eſſe Blaſium et in ſocietatem huius hereditatis legitime venturum dixerat. Hoc indicio emiſſus e carcere homo obiit: ſoluat ergo filius, quod iſte ſoluturus*

erat,

erat, niſi interceſſione ſua et precibus ad eum 1.
liberandum iudices commouiſſet. B. Nihil-
ne rei *tibi me*cum eſt? Omnia hæc illum pu-
tato dicere, quæ ego nunc dico: aut qui-
dem cum *filio te* domo prohibebo. *M.* En,
vmquam contumelioſius cuiquam audi*ſti*
iniuriam factam, quam hæc mihi eſt? itane 2.
paratus es aduerſum me omnia facere?
Quin, quod eſt ferendum, fers? Tuis factis
dignum feceris, vt amici inter nos ſimus. B.
Egone tuam amicitiam expetam: aut te vi-
ſum aut auditum velim? *M.* Si concordabis
cum *filio*, habebis, q*ui* ſenectutem tuam ob- 3.
lectet, reſpice ætatem tuam. B. *Apage te,*
Manili: aut. *M.* Minue vero iram. B.
Hoc age: ſatis iam verborum eſt. Niſi tu
properas *abire hinc*, ego *te* eiiciam: dixi,
Manili. *M.* Si tu *me* attigeris; *aut* ſecus,
quam dignum eſt, *tractaueris:* grandem ti- 4.
bi dicam impingam. Dixi, *Bernharde. I.* I-
ratus eſt, *Manili: abit.* *M.* Metuit *me*, ta-
metſi ſedulo diſſimulat. *I.* Bene tibi ha-
bent principia. *Interim ego me domum*
conferam: ſi quid opus fuerit,
heus, *ibi* me. *I.* In- 5.
telligo.

COL-

Digitized by Google

1. ## COLLOQVIVM III
ex act. 2. ſc. 3.

Bernhardus. Ioachimus. Henricus. Cato. Marcus.

B. QVanta me cura et ſollicitudine adfi-
2. cit gnatus, qui me et ſe his *contenti-
onibus* impediuit! Neque in conſpectum
prodit mihi: vt ſaltem ſciam, quid de hac
re dicat, quidue ſententiæ ſit. Abi tu: vi-
ſe, redieritne iam domum, an nondum?
I. Eo. *B.* Videris, quo in loco res hæc ſit.
3. Quid ago? Dic, *Henrice.* *H.* Ego? *Cato-
nem* cenſeo, ſi tibi videtur. *B.* Dic, *Cato.*
C. Mene vis? *B.* Te. *C.* Ego ea velim fa-
cias, quæ in rem tuam ſint. Mihi ſic vide-
tur hoc: Quod te abſente egit filius, in in-
tegrum reſtitui æquum eſt et bonum; et id
4. impetrabis. Dixi. B. Dic nunc, *Henrice.*
H. Ego ſedulo dixiſſe credo hunc. Verum
ita eſt: Quot homines, tot ſententiæ; ſuus
cuique mos. Mihi non videtur reſcindi
poſſe, quod legibus factum ſit: et turpe in-
ceptum eſt. *C.* Dic, *Marce.* *M.* Ego am-
5. plius deliberandum cenſeo: res magna eſt.
H. Num quid nos vis? *B.* Probe feciſtis:
multo ſum incertior, quam dudum. *I.* Negant
rediiſſe. *B. Igitur* frater mihi exſpectan-
dus eſt: quod mihi is de hac re conſilium
dederit, id ſequar. Percontatum ibo ad
O por-

Digitized by Google

portum, *quando rediturus ſit.* *I.* At ego 1
Philippum quæram: vt, quæ acta hic ſint,
ſciat. Sed ecce ipſum video in tempore huc
ſe recipere.

SECTIO III

eiusque 2

COLLOQVIVM I

ex act.3.ſc.1.

Balthaſar. Pamphilus.

B. ITane te hinc abiiſſe, *Pamphile*, et rem 3.
tuam aliis tutandam dediſſe? Alios
eam credidiſti magis, quam te, animaduerſuros?
Multis *profecto* modis cum iſtoc animo
vituperandus es. Nam vt vt erant alia:
matri certe conſuleres, ne quid pateretur
mali; cuius nunc miſeræ ſpes opesque 4.
omnes in te vno ſitæ ſunt. *P. O quam opportune, Balthaſar!* Te ipſum quærebam.
B. Sed ea cauſſa nihilo magis defecimus. *P.*
Loquere, obſecro: quonam in loco ſunt res
et fortunæ meæ? num quid *Franciſco* ſubolet?
B. Nil etiam. *P.* Ecquid ſpei porro 5.
eſt? *B.* Neſcio. *P.* Ah! *B. Lambertus autem*
haud ceſſauit pro te eniti. *P.* Nihil
noui fecit. *B.* Tum *Gregorius* itidem in
hac re, vti in aliis, ſtrenuum hominem præbuit.
P. Quid is fecit? *B.* Verbis confuta-

Digitized by Google

1. tauit admodum iratum ſenem. *P.* Heu,
Gregori. *B.* Ego, quod potui, porro. *P.*
Omnes amo vos, mi *Balthaſar.* *B.* Sic ſe-
ſe habent principia, vt dico. Adhuc tran-
quilla res eſt: manſuruſque *Franciſcus con-*
ſulem eſt, dum huc aduenia. *P.* Quid e-
2. um? *B.* De eius conſilio aiebat ſeſe velle fa-
cere, quod ad rem attinet. *P.* Quantus
metus mihi eſt, venire huc ſaluum nunc
conſulem, Balthaſar: nam, vt audio, per v-
nam eius ſententiam aut *ſaluus ero* aut *per-*
ibo. *B.* *Lambertus* tibi adeſt. *P.* Vbinam?
3. *B.* Ecce, ab *ædibus* ſuis exit foras.

COLLOQVIVM II
ex act. 3. ſc. 2.

Probus. Dauus. Albertus. Gryllus.

P. D*Aue*, audi obſecro. *D.* Non audio.
4. *P.* Parumper. *D.* Quin omitte me.
P. Audi, quod dicam. *D.* At enim tædet
iam eadem audire millies. *P.* At nunc di-
cam, quod lubenter audias. *D.* Loquere:
audio. *P.* Nequeo te exorare, vt maneas
triduum hoc? quo nunc abis? *D.* Mirabar,
5. ſi tu noui quidquam adferres mihi. *P.* Non
credis mihi? *D.* Hariolaris. *P.* Sin fidem
do? *D.* Fabulæ. *P.* Pulchre tibi fenera-
tum iſtuc beneficium dices. *D.* Logi. *P.*
Crede mihi, gaudebis facto: verum *certe*
hoc eſt. *D.* Somnia. *P.* Experire: non
eſt

Digitized by Google

eſt longum. *D.* Cantilenam eamdem ca- 1.
nis. *P.* Tu mihi amicus, tu *frater*, tu *pa-
tronus*. *D.* Garri modo. *P.* Adeone du-
ro eſſe te atque inexorabili ingenio, vt ne-
que miſericordia neque precibus molliri
queas? *D.* Adeone incogitantem eſſe te at-
que impudentem, vt phaleratis dictis ducas 2.
me et *frumentum auferas* gratiis? *A.* Ah,
quid iſtuc autem eſt, *Probe*? *P.* O fortuna-
tiſſime *Alberte*. *A.* Egone? *P.* Cui, quod
edas, domi eſt: nec vmquam vſu venit, vt
cum huiusmodi malo conflictares. *A.* Mi-
hine domi eſt? Immo, id quod aiunt, auri- 3.
bus lupum teneo. Nam neque, quo amit-
tam *ſine maximo rei familiaris detrimento
ſeruos*, inuenio: neque, vti retineam *hac an-
nonæ caritate*, ſcio. *D.* Ipſum iſtuc mihi
in hoc eſt. *A.* Eia, ne parum *durus* ſis, *aua-
re*. Quid *vero* hic confecit, *Probe*? *P.* Hic- 4.
cine? Quod homo immaniſſimus: *veſtem*
meam *pro frumento oppignoratam* vendidit.
Gr. Quid? vendidit? *A.* Aisne, vendidit?
P. Vendidit. *D.* Quam indignum faci-
nus: *veſtem* ære ſuo emtam. P. Nequeo
exorare, vt me maneat et cum *emtore* fidem 5.
hoc triduum mutet: dum id, quod promiſ-
ſum ab amicis eſt, argentum aufero. Si tum
non dedero, ne vnam præterea horam op-
pertus ſis. *D.* Obtundis. *A.* Haud lon-
gum eſt, quod orat, *Daue*. Exoret, ſine: i-
dem

Digitized by Google

1. dem hic tibi conduplicauerit, quod bene fueris promeritus. *D.* Verba iſtæc ſunt. *A. Hominem*ne priuare veſte ſines? *D.* Ego te aduerſus ingenium meum complures menſes tuli pollicitantem, flentem et nil ferentem: nunc contra omnia reperi, qui det
2. neque lacrimet. Da locum melioribus. *A.* Certe ſi ſatis ego commemini: tibi quidem dies olim præſtituta eſt, ad quam dare huic. *P.* Factum. *D.* Num ego iſtuc nego? *A.* Iamne ea præteriit? *D.* Non: verum hæc ei anteceſſit. *A.* Non pudet vanita-
3. tis? *D.* Minime, dum ob rem. *Gr.* Sterquilinium. *P. Daue*, itane tandem facere oportet? *D.* Sic ſum: ſi placeo, vtere. *A.* Siccine hunc decipis? *D.* Immo enim vero hic me decipit, *Alberte*. Nam hic me eſſe huiusmodi ſciebat: ego hunc eſſe aliter
4. credidi. Iſte me fefellit: ego iſti nihilo ſum aliter, ac fui. Sed vt vt hæc ſunt, tamen hoc faciam: cras mane argentum mihi ſe daturum miles dixit; ſi mihi prior tu attuleris, *Probe*, mea lege vtar, vt potior ſit, qui prior ad dandum eſt. Vale. *Gr. O hominem in-*
5. *humanum, o ſemper* ſui ſimi*lem!* Metuo, ne quid ſuo *ipſius* capiti ſuat. *A.* Idem ego metuo. *Ceterum* miſerum eſt, quum alia ſollicitudine *plus ſatis* occupatus *Probus* eſſet, tum hoc *ipſi* malum *quoque* obiectum. *G. Deus* id *vnicuique det*, *quo* dignus *eſt*.

COLLOQVIVM III 1.

ex act. 3. ſc. 3.

Probus. Albertus. Gryllus.

P. QVid faciam? vnde miſer ego nunc
tam ſubito huic inueniam argentum,
cui minus nihil eſt? Quod ſi exorari hic 2.
nunc pot*uiſſet*, triduum hoc promiſſum fue-
rat. *A.* Itane hunc miſerum patiemur fie-
ri, *Grylle*: qui me dudum, vt dixiſti, co-
miter adiuuit? Quin, quum opus eſt, rur-
ſum ei beneficium experimur reddere? *Gr.*
Scio equidem hoc eſſe æquum. *A.* Age er- 3.
go: ſolus hunc ſeruare potes.. *Gr.* Quid
faciam? *A.* Inuenias argentum. *Gr.* Cu-
pio: ſed, vnde id, edoce. *A. Franciſcus*
adeſt hic. *Gr.* Scio: ſed quid tum? *A.*
Ah, dictum ſapienti ſat eſt. *Gr.* Itane? *A.*
Ita. *Gr.* Sane ſuades pulchre. Etiam tu 4.
hinc abis? non triumpho, ſi ex *turbis*
tuis nil mali nanciſcor: ni etiam nunc hu-
ius cauſſa me crucem quærere iubeas? *A.*
Verum hic dicit. *P.* Quid? ego vobis a-
lienus ſum? *Gr.* Haud puto: ſed parumne
eſt, quod nunc omnibus ſuccenſet ſenex; 5.
ni inſtigemus etiam, vt nullus precib*us* lo-
cus relinquatur? *P.* Alius illam *meam mihi*
veſtem auferet? Dum igitur licet, dumque
adſum; loquimini mecum, contemplami-
ni me. *A.* Quam ob rem aut quidnam *es*

fa-

1. facturus? Cedo. *P.* Quoquo hinc terra-
rum *abibit miles*, certum eſt perſequi. *Gr.*
Deus bene vertat, quod agas: pedetentim
tamen. *H.* Vide, ſi quid opis adferre huic
poies. *Gr.* Si quid? quid? *A.* Quære, ob-
ſecro: ne quid plus minusue fa*ciat cuius* nos
2. poſt pigeat. *Gr.* Quæro: ſaluus eſt, vt
opinor; verum enim metuo malum. *A.*
Noli metuere: vna tecum bona, mala, tole-
rabimus. *Gr.* Quantum argenti opus tibi
eſt? loquere. *P.* Soli triginta *imperiales.*
Gr. Triginta! Hui, percara *veſtis* eſt.
3. *P.* Iſtæc vero vilis eſt. *Gr.* Age, age: in-
uentos reddam. *P.* O lepidum caput! *Gr.*
Aufer te hinc. *P.* Iam opus eſt *Gr.* Iam fe-
res: ſed opus eſt mihi *Lucium* adiutorem
ad hanc rem dari. *A.* Præſto eſt: auda-
ciſſime quiduis oneris impone, et feret;
4. ſolus eſt homo amico amicus. *Gr.* Ea-
mus ergo ocyus ad eum. *P.* Abi vero:
dic, vt præſto ſit domi. *A.* Num quid eſt,
quod mea opera vobis opus ſit? *Gr.* Nil: ve-
rum abi domum et *ſororem* miſeram conſo-
lare, quam nunc intus metu eſſe exani-
5. matam ſcio. Ceſſas? *A.* Nihil eſt, quod
æque lubens faciam. *P.* Qua via iſtuc fa-
cies? *Gr.* Dicam in itinere: modo
te hinc amoue.

Digitized by Google

SECTIO IV

eiusque
COLLOQVIVM I
ex act. 4. ſc.1.

Lepidus. Craſſus.

L. QVid? qua cauſſa hinc profectus *Lon-* 2.
dinum es, *Craſſe*? adduxiſtine tecum
filium? *Cr.* Non. *L.* Quid ita non? *L.* Poſt-
quam me hic videt eſſe diutius; ſimul
autem *valetudo iuuenis* non manebat
negligentiam meam: ipſum cum *patrueli*
et omni *ſupellectile libraria* ad me *huc* eſſe 3.
profectum aiebant. *L.* Quid igitur illic
tam diu, quæſo, commorabare, vbi id audi-
ueras? *Cr.* Morbus me detinuit. *L.* Vn-
de aut qui? *Cr.* Rogas? Senectus ipſa mor-
bus eſt. Sed veniſſe eos ſaluos audiui ex
nauta, qui illos vexerat. *L.* Audiſtine, quid 4.
gnato *meo* me abſente obtigerit? *Cr.* *Non*
audiui. *L.* *Credo equidem, mi Craſſe: nemini*
tacui vſq; adhuc et ne apud vicinum quidem
enunciandum putaui. *Tibi autem et* quo
pacto *et* vnde *factum* ſit, ordine *dicturus ſum.*
Te enim fidelem mihi eſſe æque atque ego- 5.
met ſum mihi, ſcio: ille tacebit, dum inter-
cedet familiaritas; ſin ſpreuerit me, plus
ſciet, quam ſcito opus eſt. Vereorque, ne
vxor mea hoc reſciſcat. Quod ſi fit: id re-
ſtat, vt me excutiam atq; egrediar domo.
Nam

Digitized by Google

1. Nam ego meorum ſolus ſum meus. *Cr.* Scio ita eſſe, et iſtæc res mihi *ſæpe* ſollicitudini eſt. *Interim pro virili tibi adero:* neque defetiscar vsque adeo experiri, donec tibi id *quoque*, quod *ante iter* pollicitus ſum, effecero. *L. Gratiam tibi et habeo nunc, et,*
2. *quum potero, etiam referam: nam* me quidem factum *hoc* conſilii *plane* incertum facit. *Rem autem omnem tibi veſperi narrabo ordine, quum ſoli ſumus: iam enim Fridericum appropinquare video.*

3. ## COLLOQVIVM II
ex act. 4. ſc. 2.
Iuſtinus. Philippus.

I. QVid *Martinus veſter agit, mi Philippe? Ph.* Ego *certe* hominem callidiorem vidi neminem, quam *hunc.* Venio ad
4. hominem, vt dicerem, argentum opus eſſe et quo pacto id fieret. Vix dum dimidium dixeram: intellexerat; gaudebat; me laudabat; quærebat ſenem; d*eo* gratias agebat, tempus ſibi dari, vbi *tibi* ſe oſtenderet nihilo minus amicum eſſe, quam *mibi. Igitur*
5. ad forum opperiri iuſſi hominem: eo me adducturum eſſe ſenem. Sed *ecce de improuiſo* ipſum *et cum eo etiam Nicolaum. I. Tum vero quid Martinus? Ph. Quid* pertimeſcit, *inquit*? an, quia pro vno dati mihi ſunt, quos *compellem*, duo? Commodius es-

 ſe

ſe opinor ſpe vti duplici. Petam hinc, vnde a primo inſtitui. Is ſi dat, ſat eſt: ſi ab 1.
hoc nil fiet, tum *alterum* adoriar. *I. Sed quid perfecit tandem? P. Omnia obtinuit: quod quo pacto factum ſit, ordine deinde narrabo.*

COLLOQVIVM III 2.

ex act. 4. ſc. 3.

Stephanus. Octauius. Hermogenes.

St. SAlue, *Octaui.* *O. Et te* venire ſaluum volupe eſt, *mi Stephane.* *St.* Credo.
O. Quid agitur? *St.* Multa hic, vt fit, adue- 3.
nienti noua. *O.* Ita. De *Lambino* audiſtine quæ facta? *St.* Omnia. *O.* Tune dixeras huic? Indignum facinus, ſic circumiri. *St.* Id cum *Hermogene* agebam *iam.* *O.* Nam *certe* ego quoque id mecum ſedulo agitans
inueni, opinor, remedium huic rei. *H.* Quid, 4.
Octaui? quod remedium? O. Vt abii abs te, *Fridericus* forte mihi obuiam fit. *H.* Qui *Fridericus? O.* Is, qui *tantas turbas nuper.* *H.* Scio. *O.* Viſum mihi eſt, vt ſententiam eius tentarem: prendo hominem
ſolum. Cur non, inquam, vides, *Friderice,* 5.
vt hæc inter vos cum bona potius gratia, quam cum mala componantur? *Lambinus* liberalis eſt et litium fugitans: nam ceteri quidem amici omnes vno ore auctores fuere, vt præcipitem *te* daret. An legibus datu-

Digitized by Google

1. turum pœnas dices, ſi *domo te* eiecerit? Iam
id exploratum eſt: ſudabis ſatis, ſi cum illo
homine inceptas; ea eloquentia eſt. Ve-
rum pone, victum eum eſſe: at tandem ta-
men non capitis res agitur, ſed pecuniæ.
Poſtquam hominem his verbis molliri ſen-
2. tio: ſoli ſumus nunc hic, inquam; eho dic,
quid tibi vis in manum dari, vt *Lambinus* his
litibus deſiſtat? nam ſat ſcio, ſi tu aliquam
partem æqui bonique dixeris: vt ille bonus
vir eſt, non tria hodie verba inter vos com-
mutabitis. *St.* Quis te iſtæc loqui iuſſit?
3. *H.* Immo non perueniri melius eo potuit,
quo nos volumus. Perge eloqui. *O.* At
primo inſaniebat homo. *H.* Credo: quid
poſtulat? *O.* Quid? nimium; quantum lu-
buit. *H.* Dic. *O.* Si quis daret *imperia-
les quinquaginta.* *St.* Immo *quingentos*:
4. vt nil pudet! *O.* *Hoc* dixi *quidem* ei. *Sed*
vt ad pauca redeam, ac mittam ineptias illi-
us: hæc denique poſtrema eius oratio fuit.
Ego, inquit, iam a principio ita, vt æquum
eſt, ad pacem fui pronus; nam in mentem
veniebat mihi eius incommodum, *cum diti-
5. ore litigare:* ſed, vt aperte tibi nunc fabu-
ler, aliquantulum *pecuniæ* mihi opus erat;
qui diſſoluerem, quæ debeo. Et etiam nunc,
ſi vult *Lambinus* dare, quantum *opus eſt*: *ni-
hil certe* malim, quam *iſta contentione abſti-
nere.* *St.* Vtrum ego ſtultitia hunc, an ma-
li-

Digitized by Google

litia facere dicam; ſcientem, an imprudentem: incertus ſum. *H.* Quid, ſi animam 1.
debet? *O.* Ager pignori oppoſitus eſt ob *imperiales quindecim*, inquit. *St.* Age, age, iam *quieſcet*: dabo. *O.* Aediculæ etiam ſunt ob *quindecim* ali*os*. *St.* Hoi, hui!
nimium eſt. *H.* Ne clama: petito a me 2.
hos quindecim. *O. Porro Balthaſari etiam aliquid numerandum*: tum pluscula ſupellectile opus eſt, opus eſt ſumtu ad *inſtaurandam domum.* His rebus pone ſane, inquit, *imperiales viginti.* *St.* Sexcentas proinde iam dicas mihi ſcribito: nil do. Impu- 3.
ratus ille, vt me derideat etiam? *H.* Quæſo, ego dabo: quieſce. Tu modo fac, vt filius *eo proficiſcatur*, *quo* nos volumus. *St.* Hei mihi, *Octaui*: occidiſti me fallaciis tuis. *H.* Mea cauſſa *hinc abit*: me hoc æquum eſt amittere. Sed *Franciſcum ibi* video cum *Ze-* 4.
none adſtantem: hei mihi, quam timeo, quo huius *iniquitas Fridericum* impellat. *O. Iſta* quidem res illi vertat male. *H.* Adibo hosce, *mi Stephane.* Opportune *enim* argentum nunc mecum attuli; fructum, quem prædia vxoris redd*iderunt* 5.
Lipſiæ: id ſumam; vxori *autem*, tibi opus eſſe, dixero. *St. Per me tandem licet: abi.*

COL.

1.

COLLOQVIVM IV.
ex act. 4. ſc. 4.

Rolandus. Simon.

R. S*Imon.* *S.* Hem. *R.* Quid egiſti? *S.*
Emunxi argento ſen*em.* *R.* Satisne
2. id eſt? *S.* Neſcio *profecto*: tantum *adferre*
iuſſus ſum. *R.* Eho, verbero! aliud mihi
reſpondes, ac rogo? *S.* Quid ergo narras?
R. Quid ego narrem? ad reſtim quidem mi-
hi res planiſſime rediit opera tua. Hem, ſi
quid velis: huic mandes, qui te ad ſcopulum
3. e tranquillo inferat. Quid minus vtile fuit,
quam hoc vlcus tangere aut nominare
Conſtantinum? Iniecta ſpes eſt *conſuli*, poſ-
ſe ill*um* extrudi. Cedo: ſi *in carcerem con-
iicietur*, quid fiet? *S. Nihil fatebitur.* *R.*
Noui: ceterum quum argentum repetent,
4. noſtra cauſſa ſcilicet in neruum potius ibit.
S. Prorſus innocens eſt. *R.* Nihil eſt, quin
male narrando poſſit deprauari. *S. Ah* tu
id, quod boni eſt, excerpis: dicis, quod ma-
li eſt. Audi nunc contra iam. Si argen-
tum repetent: in neruum *eſt eundum*, vt a-
5. is. Concedo tibi: ſpatium tamen paullu-
lum *deliberandi* dabitur; interea amici,
quod polliciti ſunt, dabunt; inde iſtud red-
det. Cauſſa eſt iuſtiſſima: hæc fient. *R.*
Vt modo fiant. *S.* Fient: me
vide.

COL.

COLLOQVIVM V 1.
ex act. 4. ſc. 5.

Donatus. Wolfgangus. Leuinus.

D. *NVm recte curaſti omnia, Wolfgange?* W. Quid tua id refert? D. Magni, *Wolfgange*: non *enim* ſat *eſt*, tuum te offici- 2.
um feciſſe, ſi non id fama approbat. W. Quietus eſto: ego curabo, ne quid verborum det. *Tantam enim pecuniæ ſummam* temere nunquam amittam a me, quin teſtes adhibeam mihi: cui dem et quam ob rem dem, commemorabo. *L.* Vt cautus eſt, vbi nihil o- 3.
pus eſt. *D.* Atqui ita facto opus eſt. At matura, dum lubido eadem hæc manet: nam ſi alter il*le* magis inſtabit, forſitan reiiciat nos. *W.* Rem ipſam putaſti. Duc ergo me ad eum, *Leuine*. *L.* Non moror. *D.* Vbi hoc egeris, transito ad vxorem meam, 4.
vt *Pancratium* conueniat prius, quam hinc abit: dicat, nos *hoc negotii Cornelio dediſſe;* ne ſuccenſeat; et magis idoneum eſſe illum, qui *conſuli* ſit familiarior; nos noſtro officio nihil egreſſos eſſe; quantum is voluerit, *argenti* eſſe datum. *L.* Idem iſtuc ego 5.
poſſum facere. *D.* Volo ipſius quoque voluntate hoc fieri, ne ſe *contemtam* putet. *L. At viro* magis congruet. *D. Fac, vt iuſſi. L. Faciam* : *ſed,* vbi ill*am* nunc reperire poſſim, cogito. *D. In horto eſt.*

SE-

Digitized by Google

1. # SECTIO V
eiusque
COLLOQVIVM I
ex act.5.ſc.1.

2. *Pauſanias. Zenobius.*

P. QVid agam? quem amicum mihi inueniam miſer? aut cui conſilia hæc referam? aut vnde nunc mihi auxilium petam? Nam vereor, ne *Valerius* ob meum ſuaſum indigna iniuria adficiatur: ita vio-
3. lenter *patruum* tolerare hæc facta audio. Quod vt facerem, egeſtas impulit me: quum ſcirem, infirmas eſſe has *pollicitationes*. *Sed* conſului, vt interea *iuuenis* vita in tuto foret. *Z.* Quis *hic iuuenis* exanimatus, qui a fratre meo egreſſus eſt? Certe, niſi me fal-
4. lit animus aut parum oculi proſpiciunt, *Pauſaniam* video. Quid agam? Adeone: an maneo, dum ea, quæ loquitur, magis cognoſco? *P.* Neque inueſtigatur *Benozius*. Quod ſi eum nunc reperire poſſim: nihil eſt, quod verear. *Z.* Is ipſe eſt: colloquar.
5. *P.* Quis hic loquitur? *Z. Pauſania.* *P.* Et meum nomen nominat? *Z.* Reſpice ad me. *P. Vah, quem video?* Eſtne hic *Benozius*? *Z.* Non. *P.* Negas? *Z.* Concede ſodes hinc paullulum a foribus. Ne me iſtoc poſthac nomine appelles, *Pauſania.* *P.* Quid?

Quid? Non is, obſecro, es, quem ſemper te 1.
eſſe dictitaſti? *Z.* St! P. Quid? has fores
metuis? *Z.* Concluſam hic vxorem ſæuam
habeo: verum iſtoc me nomine perperam
apud vos olim dixi, ne vos, *quum veniſſetis*
huc, imprudentes forte foris effutiretis,
quantum pecuniæ amiſerim; atque id porro 2.
vxor mea reſciſceret. P. Iſtoc *certe nomine*
te miſeri nos inuenire hic numquam potui-
mus. *Z.* Eho dic mihi, quid rei tibi eſt cum
familia hac, vnde exis? aut vbi illi ſunt?
P. Miſerum me! *Z.* Hem! quid eſt? vi-
uuntne? *P.* Viuit *Valerius*: matrem ipſam 3.
ex ægritudine miſeram mors conſecuta eſt.
Z. Male factum. *P.* Ego autem, qui eſſem
deſertus, egens, ignotus, vt potui, *proſpexi*
iuueni: *ſuaſi enim, vt vxorem duceret filiam*
huius viri, qui harum ædium dominus eſt.
Z. Natu maiorem? *P.* Hem, iſtam ipſam. *Z.* 4.
O factum bene! Quam ſæpe forte temere
eueniunt, quæ non audeas optare! Offendi
igitur adueniens, quicum volebam atque
vt volebam, collocatam. *defuncti fratris* fi-
liam. Quod nos ambo opere maximo da-
bamus operam, vt foret: ſine noſtra cura, 5.
maxima ſua cura *hic* ſolus fecit. *P.* Nunc
quid facto opus eſt, vide. *Patruus* adole-
ſcentis *heri* venit: eumque animo iniquo
hoc oppido ferre aiunt. *Z.* Nihil periculi
eſt. Sed caue reſciſcat quisquam, me *pe-*

cu-

Digitized by Google

1. *cuniam amiſiſſe.* *P.* Nemo ex me ſciet. *V.*
Sequere me : intus cetera audies.

COLLOQVIVM II
ex act. 5. ſc. 2.
Iaſon. Reinhardus. Lepidus.

2. *I.* *ERgo accepit tamen pecuniam Sidonius?*
R. Accepit. *I.* Nos *profecto* noſtra-
pte culpa facimus, vt malis eſſe expediat:
dum bonos dici nos et benignos nimium
ſtudemus. Ita fugias, ne præter caſam, a-
iunt. Nonne id ſatis erat, accipere ab
3. illo iniuriam? etiam argentum vltro obie-
ctum eſt: vt ſit, qui viuat, dum aliud aliquid
flagitii conficiat? *R.* Planiſſime. *I.* His
nunc præmium eſt, qui recta praua faciunt.
R. Veriſſime. Modo vt hoc conſilio diſce-
di poſſit, vt *tandem quieſcat.* *I.* Etiamne
4. id dubium eſt? *R.* Haud ſcio ſane, vt homo
eſt, an mutet animum. *I.* Hem! mutet au-
tem? *R.* Neſcio: verum, ſi forte, dico. *I.*
Ita faciam, vt frater cenſuit: *matrem* eius
huc adducam, vt loquatur cum iſta. Tu abi,
Reinharde: prænuntia hanc venturam *L.*
5. Quid nunc porro, *Reinharde*? quid fiet? In
eodem luto hæſitas: verſuram ſolues. *Nam,*
quod præſens malum fuerat, in diem abiit:
et plagæ *ſine dubio* creſcunt, niſi proſpicis.
R. Ah nimis timidus es, Lepide: ego nunc
domum hinc ibo ac *Felicem* edocebo, ne

P quid

quid *Iaſonem* vereatur aut eius orationem. 1.
L. Si modo ſit domi. *R.* Iam prouiſum eſt, ne in præſentia *domo* abeat.

COLLOQVIVM III
ex act. 5. ſc. 3.
Nicolaus. Robertus. Franciſcus. 2.

N. AGedum, vt ſoles, *Roberte*: fac, vt *Antonius* placetur nobis; vt ſua voluntate id, quod faciendum eſt, faciat. *R.* Faciam. *N.* Pariter nunc opera me adiuues, ac dudum re opitulatus es. *R.* Factum volo: ac *certe* minus queo *fratris* culpa, quam 3.
me dignum eſt. *N.* Quid autem? *R.* Quia patris bene parta indiligenter tutatur: nam *ducentos imperiales* ex his prædiis ſtatim capiebat. Hem, vir viro quid præſtat? *N.* *Ducentos*, quæſo? *R.* Ac rebus multo vilioribus: tamen *imperiales ducentos.* *N.* Hui! 4.
N. Quid hæc videntur? *R.* Scilicet. *N.* *Quid vero vxor eius?* *R.* Virum me natam vellem, *inquit*: ego oſtenderem, quo pacto. *Sed* exire *Franciſcum* abs te video. Hem, *Franciſce*, iam datum *Philippo* argentum eſt? *Fr.* Curaui illico. *R.* Nollem datum. 5.
Fr. Cur nolles, *Roberte?* *R.* Adduci non poteſt, *vt Claudium accuſet.* *Fr.* Quid ait tandem? *R.* Vterque vtrique cordi eſt. *Fr.* Quid iſtuc noſtra? *R.* Magni: præter hæc cognatum eſſe nobis comperi. *Fr.* Quid?

1. Quid ? deliras ? *R.* Sic erit : non temere di-
co : redi mecum in memoriam. *Fr.* Satin
ſanus es ? *N.* An , obſecro : vide , ne in co-
gnat*um* pecces. *Fr.* Non eſt. *R.* Ne ne-
ga : patris nomen aliud fuit : hoc tu erraſti.
Fr. Cur aliud dixit ? *R.* Intro abi : hic non
2. ſatis tutus ad narrandum locus eſt. *Fr.* Mi-
ror , quid hoc ſit. Eamus ad ipſ*um* vna o-
mnes nos : aut ſcire , aut neſcire hoc volo.
R. Ah ! *Fr.* Quid eſt ? *R.* Itane parum fi-
dem apud te eſſe ? *Fr.* Viſ*ne* me credere ,
quod tamen incredibile videtur ? R. Ita *velim*
3. *ſaluus ſim :* vt propior illi , quam ego ſum ac
tu , eſt nemo. *Fr.* Hem , quo pacto id pot-
eſt ? Abi *ergo* intro. *R. Sed* heus : ne filii
quidem noſtri hoc reſciſcant *ante diem Sa-
turni ,* volo.

4. *COLLOQVIVM IV*
ex act. 5. ſc. 4.

Andronicus. Polydorus. Iacobus.

A. LAetus ſum , *Polydore ,* fratri obtigiſſe
tandem , quod vult. *P. Et ego* lætus
ſum , vtvt res meæ ſeſe habent. *A. Fac er-*
5. *go , vt tu quoque bono animo ſis , Iacobe. I. Tu
ſi hic ſis , aliter ſentias.* Hic ſimul argentum
reperit , cura ſeſe expediuit : ego nullo me
remedio poſſum ex his turbis euoluere ,
quin , ſi hoc celetur , in metu . ſin patefi*at* , in
probro ſim. *P.* Neque *ego* me domum

nunc reciperem: ni mihi ſpes *conciliandi* 1.
patris oſtenſa eſſet. Sed vbinam inuenire
matrem poſſum, vt rogem, quod tempus
conueniendi patris me capere iubeat? *A.*
Ecce: iam aperit oſtium. P. *Adibo.*

COLLOQVIVM V 2.

ex act. 5. ſc. 5.

Eobanus. Wilhelmus.

E. ACcepi argentum, *Wilhelme:* tradidi
Sebaſtiano: abduxi *equum*: curaui, 3.
vt propr*io* eo *Philippus* potiretur. Nunc
vna mihi res etiam reſtat, quæ conficienda
eſt, vt otium *ab hero* ad potandum habeam:
nam ſumam hos dies aliquot. *W. Egregi-
um ſane propoſitum: hoc* pacto ſatietatem *li-
bidinis* velle ſumere. *E. Lucius quoque* po- 4.
taturus apud me eſt. *Sed Lipſiam* ire ſe ad
mercatum *hero* dic*et*, *calceos* emtum *ac tibi-
alia.* Te *igitur* rogauit, vt cauſſam ſuam
rurſum ageres *et* pro ſe *apud herum* diceres:
viciſſim partes tuas acturus eſt. *W. An
ita* conficere argentum *decet et mentiri*? 5.
Non faciam. Sed oſtium concrepuit ab
hero. Vide: quis egreditur! *E.*
Hera eſt.

COL-

1 *COLLOQVIVM VI*

ex act.5.ſc.6.

Hermanus. Caſpar. Ludouicus.

H. O fortuna ! o fors fortuna ! quantis commoditatibus, quam ſubito hunc
2. *Caſpari* meo diem oneraſtis! *C.* Quidnam hic ſibi vult? *H.* Noſque amicos eius exoneraſtis metu ! Sed ego nunc ceſſo mihi, qui non pallio hunc onero humerum atque hominem inuenire propero, vt hæc, quæ contigerint, ſciat? *C.* Num tu intelligis, *Ludouice*, quid
3. hic narret? *L.* Num tu? *C.* Nil *L.* Tantumdem ego. *H.* Ad *tonſorem* hinc ire pergam : ibi nunc ſunt. *C.* Heus, *Hermanne.* *H.* Hem tibi! num mirum eſt aut nouum, reuocari, quum curſum inſtitueris? *C. Hermanne.* *H.* Pergit *certe:* numquam tu vinces me *clamore*
4. tuo. *C.* Non manes? *H.* Vapulabis. *Famulus* eſt, qui me vocat. *C.* Id tibi quidem iam fiet: niſi reſiſtis, verbero. *H.* Familiariorem eſſe hunc oportet, qui minitatur malum. Sed isne eſt, quem quæro: an non? Ipſe eſt. *L.* Congredere actutum. *H.* O
5. omnium, quantum eſt, qui viuunt, hominum homo ornatiſſime ! nam ſine controuerſia a deo ſolus diligeris, *Caſpar.* *C.* Ita velim : ſed mihi velim dici, qui iſtuc ita eſſe credam. *H.* Satisne eſt, ſi te gaudio delibutum reddo? *C.* Enecas. *L.* Quin tu hinc

pollicitationes aufer: et, quod fers, cedo. 1.
H. Oh! tu quoque hic aderas, L*udouice?*
L. Aderam: ſed ceſſas? *H.* Accipe, hem.
Vt modo argentum tibi apud forum dedi-
mus, recta profecti domum ſumus: interea
mittit *pater* me ad *fratrem ſuum.* *C.* Quam
ob rem? *H.* Omitto proloqui: nam nihil ad 2.
hanc rem eſt, *Caſpar.* Vbi ire in *ædes* oc-
cipio: puer *Chriſtophorus* ad me occurrit,
pone apprehendit pallio, reſupinat. Re-
ſpicio: rogo, quam ob rem retineat me. A-
it eſſe vetitum intro ad he*rum* accedere.
Hera modo L*ælium*, inquit, fratrem ſenis 3.
minorem, huc introduxit: eumque nunc eſ-
ſe intus cum illis. Hoc vbi ego audiui: ad
fores ſuspenſo gradu placide ire perrexi;
acceſſi, adſtiti, animam compreſſi, aurem ad-
moui; ita attendere animum cœpi, hoc mo-
do ſermonem captans. *C.* Euge, *Herman-* 4.
ne. *H.* Hic pulcherrimum facinus audi-
ui: itaque pæne exclamaui gaudio. L.
Quod? *H.* Quodnam arbitraris? *C.* Ne-
ſcio. *H.* Atque mirifi*centiſſimum*: patru-
us tuus *te omnium bonorum heredem teſta-*
mento ſcripſit. *C.* Hem, quid ais? *H. Ita* 5.
omnino eſt. *C.* Somnium. *H.* Credito,
ſic eſſe. *C.* Sed *te* intelligere omnia extra
oſtium potuiſſe cenſes, quæ intus inter ſeſe
ipſi egerint? *H. Cenſeo.* L. Atque ſane e-
go quoque illam fabulam audiui. *H.* Immo
etiam

1. etiam dabo, quo magis credas. Patruus interea huc foras egreditur: haud multo poſt cum *fratre* idem ſe intro denuo recipit; ait vterque, *adoptatum te atque ex aſſe heredem ſcriptum eſſe.* Denique ego miſſus ſum, vt te *cum patre* requirerem atque adducerem.
2. *C.* Hem! quin ergo rape me. Ceſſas? *H.* Fecero. *C.* O mi *Ludouice*, vale. *L.* Vale, *mi Caſpar:* bene factum, et gaudeo tantam *tibi* fortunam de improuiſo datam eſſe. Summa nunc mihi occaſio eſt eludendi *Ericum*: et *Phylargiro* curam argentariam adi-
3. *mendi*, ne cuiquam æqualium ſuorum ſupplex ſit, *quum a te multo commodius accipere nunc poſſit.* *C.* *Non* da*bitur* ingratiis: *ſi modo*, qui cogam, re ipſa *prius* reper*ero.* *L.* Nunc geſtus *tibi* vultusque nouus capiendus eſt. *C.* Concedam hinc in proximum
4. angiportum hunc: inde his oſtendam me, vbi foras egreſſi erunt.

COLLOQVIVM VII

ex act. 5. ſc. 7.

Carolus. Phormio. Serenus.

5. *C.* MAgnas *deo* gratias merito habeo atque ago, *Serene:* quando hæc nobis *tam* proſpere euenere. Quantum poteſt, conueniendus nunc Phormio eſt, priusquam triginta *imperiales* noſtros dilapidet: vt auferamus. *Ph.* *Carolum*, ſi domi eſt, vi-

Digitized by Google

viſam, vt quod. *C.* At nos ad te ibamus, 1.
Phormio. *Ph.* De eadem hac fortaſſe cauſſa? *C.* Ita *ſane.* *Ph.* Credidi. Quid ad me ibatis? Ridiculum: an veremini, ne id non facerem, quod recepiſſem ſemel? Heus, quanta quanta hæc paupertas mea eſt: tamen adhuc vnum hoc quidem curaui, vt mi- 2.
hi eſſet fides. *S.* Eſtne *conſul* ita, vt dixi, *humanus?* *C.* Oppido. *Ph.* Itaque ad vos nuntiatum venio, paratum me eſſe, vbi vultis, *equum* dare. Nam res mihi omnes ita, vti par fuit, poſthabui: poſtquam vos tantopere id velle animaduerteram. *C.* At 3.
hic dehortatus me eſt, ne il*lum acciperem.* Nam qui rumor erit populi, inquit: ſi id feceris? Olim quum honeſte potuit, tum non *accepiſti:* nunc *emin illum* turpe eſt, *quum ſurreptum eum eſſe omnes dicunt.* *Ph.* Satisne ſuperbe me illuditis? *C.* Qui? *Ph.* Ro- 4.
gas? Quia *nunc alium inuenire emtorem non* potero. *Et* quo ore ad e*os* redibo, *a quibus accepi et quibus hodie me ſoluturum pecuniam promiſi.* *C.* Tranſi ſodes ad forum, Phormio: atque argentum illud mihi reſtitui iube. *Ph.* Quodne ego illis *promiſi,* quibus 5.
debui? *C.* Quid igitur fiet? *Ph.* Non eſt æquum, me propter vos decipi: quum ego veſtri honoris cauſſa *emtorem* alter*um reiecerim,* qu*i* tantumdem *pecuniæ* dabat. *C.* In malam hinc rem i cum iſtac magnificentia,

1. tia, fugitiue. Etiam nunc te credis aut facta tua adeo ignorari? *Ph.* Irritor. *C.* Tune hoc diceres, ſi *conſul præſens* eſſet? *Ph.* Fac periculum. *C.* Vt *falleretis me*, hoc veſtrum conſilium fuit. *Ph.* Quæſo, quid narras? *C.* Quin tu cedo argentum mihi.
2. *Ph.* Immo vero *emtorem* tu cedo. *C.* In ius ambula. *Ph.* In ius? Enim vero ſi porro odioſi eſſe pergitis. *C.* Quid facies? *Ph.* Egone? Vos me *alienæ iniquitati* patrocinari fortaſſe arbitramini: *non, niſi viris bonis*, ſoleo. *S.* Quid id noſtra? *Ph.* Nihil?
3. Hic quemdam noram, cuius *vitulum*. *S.* Hem! *C.* Quid eſt? *Ph.* *vicinus noctu abſtulit.* *S.* Nullus ſum. *Ph.* *quem mactauit:* et *cum fratre* clam *deuorauit*. *S.* Sepultus ſum. *Ph.* Hæc adeo ego iam denarrabo illi. *S.* Obſecro, ne facias. *Ph.* Oh!
4. tune is eras? *C.* Vt ludos facit? *S.* Miſſum te facimus. *Ph.* Fabulæ. *S.* Quid vis tibi? Argentum, quod habes, condonamus *tibi*. *Ph.* Audio: quid, malum, ergo vos inepti ſic ludificamini me puerili ſententia veſtra? Nolo, volo: volo, nolo rurſum: ce-
5. do, cape: quod dictum, indictum eſt: quod modo erat ratum, irritum eſt. *S.* Quo pacto aut vnde hic reſciuit hæc? *C.* Neſcio: niſi me dixiſſe nemini, id certe ſcio. *S.* Monſtri *profecto* ſimile. *Ph.* Inieci ſcrupulum. *C.* Hem! hiccine vt a nobis tantum argenti

Digitized by Google

auferat, tam aperte irridens? Emori *certe* 1.
ſatius eſt. Animo virili præſentique vt ſis, para. Vides peccatum tuum foras elatum eſſe, neque iam id celare poſſe te *vicinum tuum*. Nunc quod ipſe ex aliis auditurus ſit, id noſmet indicare placabilius eſt: tum impuratum hunc noſtro modo poterimus 2.
vlciſci. *Ph.* At, at, niſi proſpicio mihi, hæreo: hi gladiatorio animo viam ad me adfectant. *S.* At vereor, vt placari poſſit. *C.* Bono animo es: ego redigam vos in gratiam, hoc fretus, *quod mihi pecuniam debet*. *Ph.* Itane mecum agitis? Satis aſtute adgre- 3.
dimini: *certe* non ex re *Sereni* me inſtigaſti, *Carole*. An tu, vbi, quæ libitum fuerit, *noctu* feceris, neque *damnum tam indigno* modo *inferre huic viro* veritus ſis, nunc precibus lautum *malitiam tuam* venias? Hiſce ego dictis illum ita tibi incenſum dabo, vt ne re- 4.
ſtinguas, ſi lacrimis exſtillaueris. *C.* Malum, quod *deus a nobis auertat*. Tantane hominem quemquam adfectum audacia eſſe? Non publicitus hoc ſcelus deportari hinc in ſolas terras *dignum eſt*? *S.* In id loci redactus ſum, vt neſciam prorſus, quid cum illo a- 5.
gam. *C.* Ego ſcio: in ius eamus. *Ph.* In ius? Huc, ſi quid lubet. *C.* Adſequere ac retine, dum ego huc ſeruos euoco. *S.* Enim ſolus nequeo: accurre huc. *Ph.* Vna iniuria eſt tecum. *S.* Lege ergo agito. *Ph.*

Al-

1. Altera eſt tecum; *Serene*. *C*. Rape hunc.
Ph. Itane agitis? Enimuero voce opus eſt;
Nicolae, exi. *S*. Opprime os. *C*. Impurum vide, quantum valet. *Ph*. *Nicolae*, inquam. *S*. Non taces? *Ph*. Taceam? *C*.
Niſi ſequitur: pugnos in ventrem ingere,
2. vel oculum exclude. *Ph*. Eſt, vbi vos probe vlciſcar.

COLLOQVIVM VIII
ex act. 5. ſc. 8.
Nicolaus. Serenus. Phormio. Carolus.

3. *N*. QVis nominat me? *S*. Hem! Quid, obſecro, iſtuc turbæ eſt, mi *vicine*? *Ph*. Hem! quid nunc obticuiſti? *N*. Quis hic homo eſt? Non reſpondes mihi? *Ph*. Hiccine vt tibi reſpondeat: qui *profecto*, vbi ſit, neſcit? *S*. Caue, iſti quidquam credas.
4. *Ph*. Abi, tange: ſi non totus friget, me eneca. *S*. Nihil eſt. *N*. Quid ergo eſt? quid iſtic narrat? *Ph*. Iam ſcies: auſculta. *S*. Pergiſne credere? *N*. Quid ego, obſecro, huic credam, qui nihil dixit? *Ph*. Delirat miſer timore. *N*. *Sane* non te-
5. mere eſt, quod tu tam times. *S*. Egone timeo? *Ph*. Recte ſane: quando nihil times et hoc nihil eſt, quod ego dico; tu narra. *C*. Scelus! tibi narret? *Ph*. Eho tu? ſedulo abs te pro fratre factum eſt. *N*. Mi *vicine*, non mihi narras? *S*. At. *N*. Quid, at? *S*.
Non

Digitized by Google

Non opus dicto eſt. *Ph.* Tibi quidem: at 1.
huic ſcito opus eſt. *Nuper.* *S.* Hem, quid
ais? *C.* Non taces? *Ph. vitulum abduxit.*
S. Hei mihi! *Ph. quem mactauit*, dum tu
dormis. *N.* Mi homo, d*eus* d*et* melius.
Ph. Sic factum eſt. *N. O ſcelus!* *Ph. et*
eum fratre deuorauit. *S.* Quid agimus? *N.* 2.
O facinus indignum et malum! *Ph.* Hoc a-
ctum eſt. *N.* An quidquam factum eſt in-
dignius? *Carole*, te appello: nam me cum hoc
ipſo loqui diſtædet. Hæcine erant itiones
cre*br*æ *circa ædes meas* et manſiones diutinæ
in platea? hæccine erat, quæ *gregem meum* 3.
minuebat, *vigilantia?* *C.* Ego, eſſe in hac re
culpam meritum, non nego, *Nicolae:* ſed e-
am, quæ ſit ignoſcenda. *Ph.* Verba fiunt
mortuo. *C.* Nam neque *malitia* neque o-
dio tuo id fecit: vinolentus fere abhinc *di-*
es quindecim *oberrauit in platea et, neſcio* 4.
quo fato, ad ſtabulum tuum deductus eſt.
Quam ob rem te oro, vt alia facta tua ſunt, æ-
quo animo hoc feras. *N.* Quid ego æquo
animo? Cupio *mihi ſatis fieri.* *Et* quid
ſperem? *an* porro minus putem peccatu-
rum? *Vir* ſenex *eſt*, ſi ſenectus verecundos 5.
facit. Quid mihi hic adfers, quam ob rem
exſpectem aut ſperem porro non fore? *Ph.*
Exſequias ire *Sereno* iam eſt tempus, quibus
commodum eſt. Sic dabo. Age nunc,
Phormionem, qui volet, laceſſito: fa*ciam*
eum

Digitized by Google

1. eum tali, atque hic eſt, infortunio macta-
tum. Redeat ſane in gratiam: iam ſatis mi-
hi eſt ſupplicii; habet *hic*, quod ei, dum vi-
uat, vsque ad aurem obganniat. *N.* At meo
merito, credo. Quid ego nunc ſingillatim
commemorem, qualis ego fuerim in iſtum?
2. *C.* Omnia æque tecum noui. *N.* Merito
hoc meo videtur factum? *C.* Minime gen-
tium: verum, quando iam accuſando fi-
eri infectum non poteſt, ignoſce; orat, con-
fitetur, purgat; quid vis amplius? *N.* Ad-
eone *tui immemor potuiſti eſſe, quum id face-*
3. *res*? nil pudere? quo ore *filios tuos* obiur-
gabis, *quum peccant*? Reſponde mihi. *C.*
Faciet, vt voles. *N.* Immo vt meam iam
ſcias ſententiam: neque ego ignoſco; neque
promitto quidquam; neque reſpondeo pri-
us, quam *ſocer meus* venit. Eius iudicio
4. permitto omnia: quod is iubet, faciam.
Ph. Sapiens *vir* es, *Nicolae.* *N.* Satisne id
tibi? *Ph.* Immo vero pulchre diſcedo, et
probe, et præter ſpem. *N.* Tu nomen tu-
um dic, quod eſt. *Ph.* Mihine? Phor-
mio, veſtræ familiæ amicus et tuo *Friderico*
5. *quondam* ſummus, *quum* Lipſiæ *degeret.* *N.*
Phormio: at ego *profecto* poſthac tibi, quod
potero et quæ voles, faciam et dicam. *Ph.*
Benigne dicis. *N.* Meritum tuum eſt.
Ph. Viſne primum hodie facere, quod ego
gaudeam et quod *huic homini* oculi doleant?
N.

Digitized by Google

N. Cupio. *Ph.* Me ad cœnam voca. *N.* 1.
Ego vero voco. *Ph.* *Habeo tibi gratiam.*

COLLOQVIORVM TERENTIANORVM LIBER VI 2.

SIVE

HECYRA.

COLLOQVIVM INITIALE ex prologo. 3.

Cato. ***Ambiuius.*** ***Lælius.***

C. *QVodnam* nomen *illi* fabulæ eſt, *Ambiui, quæ craſtino die dabitur?* *A.* Hecyra. L. Hæc *iam* data *nuper* eſt, *ſi recte memini.* *A.* Data *quidem* eſt: *ſed* vitium 4.
interuenit et calamitas, vt neque ſpectari neque cognoſci potuerit; ita populus ſtudio ſtupidus animum in funambulo occuparat. L. *Ergo non dici noua poteſt, Ambiui.* *A.* Plane eſt pro noua: *nam* ob eam rem is, qui ſcripſit, *tum* referre iterum *poſt funambuli* 5.
ſpectaculum noluit, vt iterum poſſit vendere. C. *Incertum eſt, an ſpectaturi eam ſimus.* *A.* Alias eius cognouiſtis: quæſo, hanc *etiam* noſcite. *Ipſe enim* orator ad vos veniam ornatu prologi: ſinite exorator ſim,

vt

Digitized by Google

1. vt eodem iure ſenem vti liceat, quo ſum v-
ſus adoleſcentior. *Tum enim, quod ipſi ſci-
tis, fere ſolus* feci, vt *Cæcilii comœdiæ* inuete-
raſcerent: ne cum poeta *ipſa etiam* ſcriptu-
ra euaneſceret. *Nam etſi* ſciebam, dubiam
eſſe fortunam ſcenicam: *tamen* ſpe incerta
2. certum mihi laborem ſuſtuli. Agere *huius
poetæ fabulas* cœpi, vt ab eodem alias nouas
diſcerem; ne illum ab ſtudio abducerem.
Perfeci, vt ſpectarentur: vbi cognitæ ſunt,
placitæ ſunt; *atque* ita in locum reſtitui po-
etam, aduerſariorum iniuria prope iam ab
3. ſtudio atque ab labore remotum. *Eamdem*
in præſentia *operam præſtare Terentio ſtu-
deo. Quam* ſi in deterrendo voluiſſem ſu-
mere: facile deterruiſſem, ne *porro comœdi-
as* ſcriberet; *atque* vt in otio potius, quam
in negotio eſſet, *effeciſſem. C. Intellexi,*
4. *Ambiui. Sed velim ordine enarres mihi, cur
nuper* ante tempus exi*eris*, *quum* Hecyram
hanc agere cœpi*ſſes*. *A. Si* mihi per ſilenti-
um eam agere licitum; *et ſpectatorum* in-
telligentia induſtriæ noſtræ adiutrix *fuiſſet*:
non exiiſſem. Verum quum eam cœpi age-
5. re: *non modo* pugilum gloria *et* funambuli
exſpectatio eodem acceſſit; *ſed* comitum
etiam conuentus *ac* ſtrepitus, clamorque
mulierum fecere, vt ante tempus foras exi-
rem. *Nam* primo *quidem* actu placeo: *ſed*
quum interea rumor venit, datum iri gladi-

ato-

Digitized by Google

atores; populus conuolat, tumultuantur, 1.
clamant, de loco pugnant. *Atque ſic ſactum*
eſt, vt meum tutari locum non potu*erim*.
At nunc, *vt ſpero*, turba uulla *erit*, otium et ſi-
lentium *erit:* agendi tempus mihi da*bitur:*
vobis*que* poteſtas condecorandi ludos ſce-
nicos. *Quare* nolite ſinere, per vos ad 2.
paucos recidere artem muſicam: *ſed* fa-
cite *potius*, vt veſtra auctoritas aucto-
ritati meæ fautrix adiutrixque ſit. Num-
quam *profecto* auare arti meæ pretium
ſtatui: *ſed* eum eſſe quæſtum maximum
in animum induxi, quam maxime ve- 3.
ſtris *populique totius* commodis inſerui-
re. *Hanc ob cauſſam* ſinite impetrare
me, ne circumuentum eum inique ini-
qui irrideant, qui ſtudium ſuum im me-
am tutelam et ſe in veſtram fidem com-
miſit. *L. Fac bono ſis animo, Ambi-* 4.
ui. Nam non modo aderimus: ſed ſi-
lentium *etiam ita* da*bimus*, vt aliis libeat
ſcribere, *tibi*que nouas diſcere expedi-
at. *A. Magnas vobis et habebimus at-*
que agemus etiam gratias, ſi proſpe-
re hac nobis euene- 5.
rint.

LIBRI

Digitized by Google

1. LIBRI VI
SECTIO I
eiusque
2. *COLLOQVIVM I*
ex act. 1. ſc. 1.

Philippus. ***Sidonius.***

Ph. C*Erte* perquam paucos *hoc tempore* fi-
deles *homini iuueni* euenire *amicos*
3. reperias, *Sidoni.* Vel hic quoties *Reinholdo*
et quam ſancte iurabat: vt quiuis facile poſ-
ſet credere; numquam *mutaturum animum?*
En! *mutauit.* *S.* Ergo propterea te ſedu-
lo et moneo et hortor, ne *cuiquam fidas.* *Ph.*
Vtine eximium habeam neminem? *S.* Ne-
4. minem. Nam nemo illorum quiſquam,
ſcito, ad te venit, quin ita paret ſe, vt blandi-
tiis ſuis *te emungat.* Hiscine tu, amabo,
non contra inſidiaber*is?* *Ph.* Tamen eun-
dem eſſe omnibus, iniurium eſt, *mi Sidoni.* *S.*
Iniurium autem eſt vlciſci aduerſarios? aut
5. qua via te captent illi, eadem ipſos capi? E-
heu me miſer*um!* cur non aut iſtæc mihi *oc-
caſio* eſt, aut tibi hæc ſententia? *Ph.* *Vide,
quid loquaris, mi Sidoni. Chriſtiano homi-
ni cauere quidem licet: at non
fallere.*

Digitized by Google

COLLOQVIVM II

ex act. 1. ſc. 2.

Ioannes. Cornelius. Ferdinandus. Lepidus. Martinus. 1.

I. SI ſenex quæret me: modo iuiſſe *ante portam* dicito, percontatum aduen- 2.
tum *Friderici.* Audisne, quid dicam, *Corneli? C. Audio. I.* Si quæret me, vti tum dicas: ſi non quæret, nullus dixeris, vt alias vti cauſſa hac integra poſſim. Sed videone ego *Ferdinandum?* Vnde *hic* aduenit? Salue multum, *Ferdinande. F.* O ſalue, 3.
Ioannes. L. Salue, *Ioannes. I.* Et tu, *mi Lepide.* Dic mihi, *Ferdinande:* vbi te tam diu oblectaſti? *F.* Minime equidem oblectaui me, qui cum hero inhumaniſſimo hinc *Amſtelodamum* profectus ſum, bienniumque perpetuum ibi miſer illum tuli. *I. Sane* te 4.
Lipſiæ deſiderium ſæpe cepiſſe arbitror, et te conſilium tuum contemſiſſe. *F.* Dici non poteſt, quam cupidus eram huc redeundi, abeundi *ab hero,* vosque hic videndi: vt libere inter vos antiqua conſuetudine conuiuium agitarem. Nam illic haud lice- 5.
bat niſi præfinito *facere,* quæ illi placerent. *I.* Haud commode opinor finem ſtatuiſſe *libertati tuæ herum. F.* Sed quid hoc negotii? quæ mihi modo narrauit hic intus *Andreas?* Quod ego numquam fore credidi, vt

1. vt *tale aliquid cogitare, nedum facere Quirinus* poſſet. *I. Facere autem? F.* Eho tu, an non *fecit? I. Voluit:* ſed vereor, vt firmæ ſint *conditiones. F.* Ita faxit deus, ſi in rem *Wilhelmi* eſt. Sed qui credam iſtuc ita eſſe? Dic mihi, *Ioannes. I.* Non opus eſt
2. prolato hoc: deſiſte percontari. F. Nempe ea cauſſa, vt ne palam id fiat. *Crede mihi,* haud propterea te rogo, vt proferam hoc: ſed vt tacitus mecum gaudeam. *I.* Numquam tam commode dices, vt in tuam fidem committam tergum meum. *F.* Ah noli, *Ioan-*
3. *nes:* quaſi tu non multo malis hoc mihi narrare, quam ego, quæ percontor, ſcire. *I.* Vera *hic* prædicat: et mihi illud vitium maximum eſt. Si mihi fidem das, te taciturum: dicam. *F.* Ad ingenium redis. Do fidem: loquere. *I.* Auſculta. *F.* Iſtic
4. ſum. *I. Sed Martinum inde properare ad nos video. Narrabo igitur,* vbicumque ſpatium ſolitudinis datum *fuerit,* vt *tuto* colloqui tecum poſſim. *Iam de aliis rebus loquemur. Quid boni portas nobis, Martine? quid agit Henricus veſter? M.* Pater, vt vxorem du-
5. *ceret,* orare *perrexit:* et hæc, quæ communia patrum *fere* omnium ſunt, ſeſe ſenem eſſe dicere; illum autem ſe velle ſenectuti ſuæ præſidium. *Henricus* primo negare ſe: ſed poſtquam acrius iuſtat pater, fecit, vt animi incertus foret, *ſibine* an *paren-*

Digitized by Google

ti magis obſequeretur. Denique tunden- 1.
do *et promiſſis* effecit ſenex, heri*que* ei gna-
tam vicini huius proximi deſpondit. *I.* Non
veriſimile dicis: nec verum arbitror. *M.*
Credo, ita tibi videri: *ſed cras* audies. *I.*
O quid eg*it miſer?* in quod *ſe* malum conie-
cit? Non poter*it* hoc ferre. *M. Primo* 2.
quidem non adeo graue illud viſum *homini*
eſt: ſed nunc demum illam *et* mores eius ſa-
tis cognouit. *Vnde* hodie, poſtquam pa-
ratas *eſſe* nupti*as* videt; nec moram, quin
ducat, dari: ita ægre tulit, vt ip*ſum patrem*,
ſi adeſſet, credo, eius commiſereſceret. *I.* 3.
Vbi vero eſt ſenex? *M.* Rus abdidit ſe *iam*
dies complures: *numquam*, vt audio, huc in
vrbem commea*turus*. *I. Quam ob rem?*
M. Hoc facile eſt ad iudicandum. Henricus
hodie mane me ſolum ſeducit foras, narrat-
que, *ſe prorſus* non poſſe eas nuptias tolera- 4.
re. *Hoc paullo poſt* reſciuit ſenex *atque* illi-
co e conſpectu fugere *cœpit. Pater ſponſæ* ea
cauſſa continuo *rus abiit* cum *amico* quodam
conuentur*us virum: et forte iam* conuenit.
Quid egerint inter ſe, nondum etiam ſcio:
ſed tamen curæ eſt, quorſum hoc euenturum 5.
ſit. Habes omnem rem: pergam, quo cœ-
pi iter. *I.* D*eus* bene vert*at*, quod agas.
M. Vale. *I.* Et tu bene vale, *Martine. F.*
Quid *nunc* fiet, *Ioannes? Homo ſe* ludibrio
haberi arbitr*abitur*. *I.* Et quidem ego *ſic*

ar-

1. arbitror : *nam hoc* neque honeſtum ipſi, ne-
que vtile *filiæ* eſt. *Sed* ſpero, poſtquam vi-
det hunc ab ſe *ita* alienum, vt *commode* cum
eo eſſe *non* poſſit, *quieturam* denique: *ſed ea
lege*, vt, *quum* ſenex moritur, *pars* heredita-
tis ad *ſe* red*eat*. *F. Quid tandem hæc ad me?*
2. Abi*bo*. *I.* Et quidem ego: nam conſtitui
cum quodam hoſpite, me illum eſſe *hac ho-
ra* conuentur*um*.

SECTIO II

eiusque

3. *COLLOQVIVM I*

ex act. 2. ſc. 1.

Dionyſius. Lucianus.

D. O *tempora! o mores!* quod hoc genus
4. eſt, quæ hæc coniuratio: vt omnes *filii
mei* eadem æque ſtudeant nolintque omnia,
neque declinat*um* quidquam vll*um* ab ali*o-
rum* ingenio reperias? Itaque adeo vno a-
nimo omnes oderunt *parentem ſenem : ma-
tri* eſſe aduerſ*os*, æque ſtudium eſt; ſimilis
5. pertinacia eſt. In eodem ludo mihi omnes
ad malitiam doc*ti* videntur: et ei ludo, ſi
vllus eſt, magiſtrum *te* eſſe ſatis certo ſcio.
L. Me miſer*um*, qu*i* nunc, quam ob rem ac-
cuſer, neſcio. *D.* Hem! tu neſcis? *L.*
Non, mi *pater*: meque abs te immerito eſ-

ſe accuſat*um*; poſtmodum reſciſces? *D.* 1.
Scio. Tu immerito? An quidquam te di-
gnum dici pro iſtis factis poteſt, qui me et te
et familiam dedecoras? *matri* luctum pa-
ras? tum autem, vt ex amicis inimici ſint no-
bis adfines, facis? *L.* Egone? *D.* Tu, in-
quam, *peſſime:* qui me omnino lapidem pu- 2.
tas, haud hominem. An, quia ruri eſſe crebro
ſoleo, neſcire arbitramini, quo quisque ve-
ſtr*um* pacto hic vitam exigat? Multo melius,
quæ hic fiunt, quam illic, ſcio, vbi adſidue
ſum: ideo quia proinde ego fama ero foris, v-
ti vos mihi domi eritis. Iam pridem equidem 3.
audiui *conſulem noſtrum* tui odium cepiſſe:
minimeque adeo mirum; et, ni id feciſſet,
magis mirum foret. At vide, quam imme-
rito hæc mihi abs te ægritudo oritur. Rus
habitatum abii, concedens vobis et rei ſer-
uiens: meo labori haud parcens, præter æ- 4.
quum atque ætatem meam, vt ſumtus ve-
ſtros res noſtra poſſet pati. Non te curaſ-
ſe pro his rebus, ne quid mihi ægre eſſet? *L.*
non mea opera neque culpa euenit, *mi pa-
ter.* *D.* Immo maxime: ſol*us* hic fuiſti, in
te ſ*olo* omnis culpa hæret. Quæ hic erant, 5.
curares: quum ego vos ceteris curis ſolui.
Cum *puero vix nouem annos nato iſtius æta-
tis hominem compotare et per plateas vocife-
rantem diſcurrere* non pudet? Illius culpa
factum dices? *L.* Haud equidem dico, mi

pa-

Digitized by Google

1 *patet.* *Sed* qui ſcis, *me inuiſum eſſe conſuli?* *D.* Quid ais? Non ſigni hoc ſat eſt, quod heri viſentem te nemo ad eum voluit intromittere? *L.* Enim laſſ*um* oppido tum aiebant: eo ad *eum* non admiſſ*us* ſum. *D.* Tuos illi mores eſſe morbum magis, quam vllam rem aliam arbitror.
2 *Me* dignum *quidam viri* decre*uerant*, cui liberos ſuos committerent. Tu *vero nunc ille es*, qui perturbes hæc *nequitia* tua et *per quem quiete mihi* ætatem agere *non* liceat. Quod ſi ſciuiſſem *nuper*: *Andreas* hic manſ*iſſet* potius,
3 tu *vero* hinc iſſes foras. *L.* D*eus* mal*um hoc* prohibe*at*. *Ego vero me deinde ſic purgabo tibi, vt meo* impulſu *nihil horum eſſe factum, intellecturus ſis.*

COLLOQVIVM II
ex act. 2. ſc. 2.

4 *Lentulus.* *Pauſanias.*

L. ECce, *adfinem* optime video: ex hoc iam ſciam, quid ſit. *Pauſania*, ſcio ego, me omnibus meis apprime eſſe obſequentem: ſed non adeo, vt animos eorum
5 corrumpat facilitas mea. Quod ſi tu idem faceres: magis in rem et noſtram et veſtram id eſſet. Nunc video te in *tuorum* poteſtate eſſe. *P.* Eia vero. *L.* Adii te heri de *filio*: vt veni, itidem incertum amiſiſti. Haud ita decet celare te iras, ſi perpetuam vis eſſe

adfinitatem hanc. Si quid peccatum a no- 1.
bis eſt, profer: aut ea refellendo aut pur-
gando vobis, te ipſo iudice, corrigemus.
Sin ea cauſſa eſt *eius* apud vos retinendi, quia
æg*er* eſt: te mihi facere iniuriam arbitror,
ſi metuis, vt domi meæ ſatis diligenter cure-
tur. At tibi haud concedo hoc, etſi pater 2.
illi es, vt ſalu*um* ill*um* magis velis, quam ego.
Id adeo *vxoris meæ* cauſſa, qu*am* ego haud
minus ill*um*, quam ſe ipſ*am*, magni facere in-
tellexi. Neque adeo me clam eſt, quam gra-
uiter e*am* eſſe latur*am*, ſi hoc reſcierit. *Hanc*
ob cauſſam ſtudeo, vt *hic gener noſter* prius 3.
domum, quam ill*a*, redeat. *P.* Et diligen-
tiam veſtram et benignitatem noui, *Lentu-
le*: et, quæ dicis, omnia eſſe, vt dicis, ani-
mum induco: et te hoc mihi credere cu-
pio, redire ill*um* ad vos ſtudeo, ſi facere vllo
modo poſſim. L. Quæ res te id facere pro- 4.
hibet? Eho, num quidnam *me* accuſat? *P.*
Minime: nam poſtquam attendi magis, et
vi, vt rediret, cogere cœpi; ſancte adiurat,
ſe non poſſe apud vos *Henrico meo* abſente
perdurare. Aliud vitii fortaſſe ali*is* eſt: e-
go ſum natus animo leni, non poſſum aduer- 5.
ſari meis. *P.* Etſi ſcio, *Lentule*, meum ius
eſſe, vt cogam *generum*, quæ ego imperem,
facere; ego tamen patrio animo victus faci-
am, vt concedam *ipſi*; neque *petitioni*
eius porro aduerſabor.

COL-

Digitized by Google

1. ## *COLLOQVIVM III*

ex act. 2. ſc. 3.

Ioachimus. Gabriel.

*I. CErtumne eſt iſtud, quod heri apud me
queſtus es, Gabriel? G. Quid ni eſſet?*
2. Omnes *enim* æque inui*ſi conſuli* ſumus pro-
pter pauc*os*, q*ui* faciunt, vt omnes malo di-
gni videamur. Nam quod me accuſat nunc
Georgius, extra noxiam ſum. *I. Fac, vt
purges te homini. G.* Non facile expurga-
tu eſt; ita animum *omnes* induxerunt, *nos*
eſſe iniqu*os*. *Certe* haud me quidem: nam
3. numquam ſecus ill*um* habui, ac ſi eſſet *frater
meus;* nec, qui hoc eueniat mihi, ſcio. *Vn-
de Iacobum* multis modis iam exſpecto, vt
domum redeat.

4. # SECTIO III

eiusque

COLLOQVIVM I

ex act. 3. ſc. 1.

Lucanus. Aegidius.

5. *L. SAlue, Aegidi: ſaluum te redire volupe
eſt. Ae. Quid, ſaluum?* Nemini vm-
quam homini plura eſſe ex *aliquo itinere* a-
cerba oblata credo, quam mihi *ex hoc.* L.
Fortaſſe de iris audiuiſti, quas inter ſe *mater
et vxor* gerunt? *Ae.* Heu me infelicem!

hanceine ego vitam parſi perdere? hacine 1.
ego cauſſa tantopere trepidus redeundi do-
mum eram? Cui quanto præſtabilius fue-
rat, vbiuis gentium ætatem agere: quam
huc redire; atque, hæc ita eſſe, miſerum me
reſciſcere? Nam nos omnes, quibus alicun-
de obiectus labos eſt, *ita ſumus natura com-* 2.
parati, vt quaſi in lucro *ſit* omne, quod eſt
interea tempus, priusquam id reſcitum eſt.
L. At ſic reperies, qui citius ex his ærumnis
te expedias. Si non rediiſſes, hæ iræ multo
eſſent ampliores factæ: ſed nunc ambas ad-
uentum tuum reuerituras ſcio. Rem co- 3.
gnoſces, iram expedies, in gratiam rurſum
reſtitues: leuia ſunt, quæ tu pergrauia eſſe
in animum induxiſti. *Ae.* Quid me conſo-
lar*is*? an quisquam æque miſer vsquam gen-
tium eſt? Priusquam *abii*, habebam animum
tot curis deditum, *vt* cuiuis facile ſcitu *ſit*, 4.
quam miſer fuerim: tamen numquam recu-
ſare *iter* auſus ſum, *quum matris intereſſet id*
me ſuscipere. Vix me *ab iſta ſollicitudine*
abſtraxi atque impeditum animum expe-
diui, vixque huc *me* contuleram: hem, res
noua orta eſt, quæ *porro animum excruciet* 5.
atque adfligat. Tum me inuenturum matrem
ex ea re aut vxorem in culpa arbitror. Quæ
quum ita eſſe inuenero: quid reſtat, niſi vt
porro miſer fiam? Nam matris me iniurias
ferre, pietas iubet: tum vxori obnoxius
ſum;

Digitized by Google

1. ſum[illegible] ita olim ſuo me ingenio pertulit, quæ tot iniurias meas numquam in vllo loco patefecit. Sed magnum, neſcio quid, neceſſe eſt eueniſſe, *Lucane*, vnde inter eas interceſſit, quæ tam diu permanſit, ira. *L.* Non maximas *ſemper* iniurias *arguunt*, quæ ſunt
2. iræ maximæ. Nam ſæpe eſt, quibus in rebus alius ne iratus quidem eſt, quum de eadem cauſſa iracundus factus eſt inimiciſſimus. Pueri inter ſeſe quam pro leuibus noxiis iras gerunt? *Ae.* Quapropter? *L.* Quia enim infirmum gerunt, qui eos gubernat,
3. anim*um*. Itidem mulieres leui ſunt, ferme vt pueri, ſententia: Fortaſſe vnum aliquod verbum hanc inter eas iram conciuerit. *Ae.* Abi, *Lucane*, intro: ac me veniſſe nuntia. *L.* Hem, quid hoc? *Ae.* Tace. *L.* Trepidari ſentio, curſari rurſum prorſum: agedum, ad fores propius accede. Hem, ſenſi-
4. ſtine? *Ae.* Noli fabulari: audio clamorem. *L.* Tute loqueris: me vetas? *Ae.* Tace, obſecro: *matris* vox viſa eſt. Nullus ſum. *L.* Qui dum? *Ae.* Perii. L. Quam ob rem? *Ae.* Neſcio, quod magnum profecto malum
5. me celant. L. *Fratrem clamare*, neſcio quid, dixerunt. Id ſi forte eſt, neſcio. *Ae.* *Vah! nulla calamitas ſola.* *Ae.* Quid morbi eſt? L. Neſcio: *de crure fracto aliquid dicebant.* *Ae.* Interii: cur mihi non dixiſti id? L. Quia non poteram vna omnia.

Ae

Ae. Nemone medicum adduxit *aut chirur-* 1.
gum? *L.* Neſcio. *Ae.* Ceſſo hinc intro i-
re, vt hoc quam primum, quidquid eſt, cer-
tum ſciam? Quonam modo, *mi frater*, nunc
te adfectum offendam? Nam ſi vllum eſt in
te periculum, periiſſe me vna haud dubium
eſt. *L.* Non facto mihi nunc vſus eſt, hunc 2.
intro ſequi: nam omnes nos inuiſos illis eſ-
ſe ſentio. Heri *quoque Bernhardum* admit-
tere nemo voluit. Si forte amplior factus
morbus ſit, quod ſane nolim, maxime *Aegi-
dii* cauſſa: ſeruum *Bernhardi* introiiſſe illico
dicent; aliquid mali tuliſſe comminiſcen- 3.
tur, *vnde* morbus auctus ſit. *Ita Bernhar-
dus* in crimen venit: ego vero in magnum
malum.

COLLOQVIVM II

ex act. 3. ſc. 2.

4.

Macrobius. Fabricius. Gisbertus.

M. NEſcio, quid iam dudum hic tumultu-
ari audio. Male metuo, ne magis ad-
graueſcat morbus *vicini*: quod *deum*, ne
quid ſit huius, oro. Nunc ad *eum* viſam.
F. Heus, *Macrobi.* *M.* Ehem. *F.* Iterum 5.
iſtinc excluderis, *vt heri.* *M.* Ehem, *Fa-
brici*: tune hic eras? Perii: quid faciam
miſer? Non viſam *vicinum*, quum in proxi-
mo hic æger ſit? *F.* Non viſas, nec mittas
quidem viſendi cauſſa quemquam. Nam
qui

1. qui amat, cui ipſe odio eſt, bis ſtulte facere duco: laborem inanem ipſe capit, et illi adfert moleſtiam. Tum autem frater tuus introiit videre, quid agat. *M.* Quid agis? an venit *Gisbertus*? *F.* Venit. *M.* Deo gratiam habeo. Hem, iſtoc verbo animus
2. rediit mihi et cura ex corde exceſſit. *F.* Iam ea te cauſſa huc introire nunc maxime nolo. Nam ſi *vicini* dolores quidpiam remittent: continuo rem omnem, ſcio, ſo*lus* ſoli narrabit, quæ interuenit inter vos *et* vnde initium iræ ortum eſt. Atque *ecce*,
3. ipſum video egredi. Quam triſtis eſt? *M.* O mi *frater*. *G. Mi frater*, ſalue. *M.* Saluum veniſſe gaudeo. Salu*us*ne *vicinus* eſt? *G.* Meliuscul*us* eſt. *M.* Vtinam iſtuc ita d*eus* fax*it*. Quid tu igitur lacrimas? aut quid tam triſtis es? *G.* Recte, *frater*. *M.*
4. Quid fuit tumul*tus*? Dic mihi: an dolor repente inuaſit? *G.* Ita factum eſt. *M.* Quid morbi eſt? *G.* Febris. *M.* Quotidiana? *G.* Ita aiunt. I ſodes intro, *mi frater*: iam te conſequar. *M.* Fiat. *G.* Tu pueris curre obuiam, *Fabrici*: at-
5. que his onera adiuta. *F.* Quid? non ſciunt ipſi viam, qua domum redeant? *G.* Ceſſas? *Multum eſt, quod portant: et ego dixi, me mox miſſurum, qui adiuuet.*

COL-

COLLOQVIVM III 1.

ex act.3.ſc.3.

Claudius. Octauius.

Cl. QVid lacrimas *aut quid tam triſtis es, Octaui? O. Ah!* nequeo vllum rerum mearum *neque* initium *neque exitum* idoneum inuenire. Vnde exordiar narrare, quæ nec opinanti accidunt: quæ partim perſpexi his oculis, partim auribus accepi; quapropter me exanimatum citius foras eduxi. Nam vt modo intro me timidus corripui: hei mihi, poſtquam me aduenisse *paruulæ* adſpexer*unt*, illico omnes ſimul lætæ exclamant; id quod me repente adſpexerant. Sed continuo vultum earum omnium immutari ſenſi: qui tam incommode fors aduentum meum illis obtulerat. Interea vna illarum propere præcucurrit, me veniſſe nuntians: ego videndi *filii* cupidus recta conſequor. Poſteaquam introii, extemplo *verum* eius morbum cognoui: nam neque, vt celari *vulnus* poſſet, tempus vllum ſpatium dabat; neque *auctorem ſceleris Titium eſſe, vxoris meæ fratrem, negare* poterat. Poſtquam adſpexi: o indignum facinus, inquam; et illico me inde lacrimans corripui, incredibili atque atroci re percitus. *Socrus* conſequitur, lacrimans miſera: miſertum eſt. Principio hanc habere mecum

1. cum orationem inſtitit: O mi *Octaui*, quam ob rem hæc *fecerit filius meus*, cauſſam vide. Nam *ſuperiore nocte colaphis* ab neſcio quo improbo *in platea exceptus reſtitit et prorſus imprudens hunc Ioannem tuum gladio ſauciauit*. Nunc *vero* huc *vterque* confu-
2. git, vt te atque alios *factum* celarent. *Cl. Tu vero quid ad hae omnia? O.* Quum orata eius reminiſcor: nequeo *ſane*, quin lacrimem miſer. *Immo ipſe iuuenis quoque, oblitus ferociæ innatæ*, iam, vt limen exirem, ad genua lacrimans accidit *et* per
3. *deum me* obſecrans, *vt ne ad magiſtratum ſe deferrem:* ceterum de *ſe me poſſe* facere, quod in rem *meam* ſit. *Cl.* Profecto ſic eſt, vt puto: vt res ſeſe nobis omnibus dant, ita magni atque humiles ſumus. *O.* Pollicitus ſum: et ſeruare in eo, quod
4. dixi, fidem certum eſt. Nam de *accuſando*, id vero neutiquam honeſtum arbitror; nec faciam: etſi amor *filii* me grauiter tenet. *Interim* lacrimo *eam*, quæ poſthac futura vita eſt, quum in mentem venit. *Cl. Varia, quam vsque adhuc pertuliſti, calami-*
5. *tas te* ad hanc rem *quoque* exercitatum reddidit. *O. Sed* adeſt *Martius* cum pueris: hunc minime opus eſt in hac re adeſſe. Vereor, ſi clamorem eius hic audiat: ne, *quid factum ſit*, intelligat. Aliquo hinc mihi ablegandus eſt.

COL-

COLLOQVIVM IV 1.
ex act. 3. ſc. 4.
Martius. Sulpicius. Octauius.

M. INcommodum tibi hoc iter eueniſſe
audio, Sulpici. *S. Certe* non verbis
tantum dici poteſt, quam re ipſa incommo- 2.
dum eſt nauigare. *M.* Itane eſt? *S.* O for-
tunate: neſcis, quid mali præterieris, qui
numquam mare es ingreſſus. Nam vt alias
miſerias omittam, vnam hanc vide: dies tri-
ginta aut plus eo in naui fui, quum interea
ſemper mortem exſpectabam miſer; ita vſ- 3.
que aduerſa tempeſtate vſi ſumus. *M.* O-
dioſum. *S.* Haud clam me eſt: denique
aufugerim potius, quam redeam; ſi eo mi-
hi redeundum ſciam. *M.* Olim quidem le-
ues te cauſſæ impellebant, vt faceres, quod
nunc *grauioribus impulſus* minita*ris* face- 4.
re. Sed *Octauium* ipſum ſtare ante oſtium
video. I*to* intro: ego hunc adibo, ſi quid
me velit. Here, etiam tu hic ſtas? *O.* E-
quidem te exſpecto. *M.* Quid eſt? *O.* In
arcem tranſcurſo opus eſt. *M.* Cui homi-
ni? *O.* Tibi. *M.* In arcem? quid eo? *O.* 5.
Philoſtratum Cantabrigienſem, qui vna me-
cum *ex Britannia* aduectus eſt, conueni. *M.*
Perii? vouiſſe hunc dicam, ſi ſaluus vmquam rediiſ-
ſet domum, vt me ambulando rumperet. *O.* Quid
ceſſas? *M.* Quid vis dicam? an conueniam
mo-

1. modo? *O.* Immo: quod me hodie conuen-
turum eum conſtitui, non poſſe; ne me fru-
ſtra illic exſpectet. Vola. *M.* At non no-
ui hominis faciem. *O.* At faciam, vt noue-
ris: magnus *eſt*, rubicundus, criſpus, craſſus,
cæſius, cadaueroſa facie. *M.* Quid, ſi non
2. veniet? maneamne vſque ad veſperum? *O.*
Maneto: curre. *M.* Non queo: ita defeſ-
ſus ſum. *O.* Ille abiit. Quid agam infe-
lix? Prorſus neſcio, quo pacto celem, quod
me *ſocrus* orauit, *Rudolphi facinus*: nam mi-
ſeret me mulieris. Faciam, quod potero:
3. vt tamen pietatem colam. Nam me amo-
ri *potius*, quam dolori obſequi oportet. At,
at, at: ecce *Samuelem* et *Hermannum*, hor-
ſum pergunt. Quid dicam his, incertus
ſum.

COLLOQVIVM V

4. *ex act. 3. ſc. 5.*

Titus. Phædrus. Iuſtinus. Lambertus.

T. Dixiſtine dudum, *Phædre*, dixiſſe *uxo-
rem meam*, ſe exſpectare filium? *Ph.*
5. Factum. *T.* Veniſſe aiunt: *et, ni fallor*,
hic *eum iam* audiui loqui. *En*, *ipſe* eſt, de
quo tecum hoc agebam. *I.* Salue, mi pa-
ter. *T.* Mi gnate, ſalue. *Ph.* Bene factum,
te aduenisse, *Iuſtine*: et adeo, quod maxi-
mum eſt, ſaluum atque validum. *I.* Cre-

R di-

ditur. T. Modo aduenis? I. Admodum. 1
T. Cedo: quid reliquit *Scipio*, conſobrinus noſter, *Hamburgi*? I. Sane fuit homo voluptati obſequens, dum vixit. Et qui ſic ſunt, haud multum adiuuant heredem: ſibi verò hanc laudem relinquunt; vixit, dum vixit, bene. T. Tum igitur nihil huc 2
plus vna ſententia attuliſti? I. Quidquid eſt, quod reliquit: profuit. T. Immo obfuit: nam illum viuum vellem et ſaluum. *Ph.* Impune optare iſtuc licet, *Tite*: iſte iam numquam reuiuiſcet; et tamen ſcio, vtrum malis. T. *Mittamus vero hæc: iube Eliſa-* 3
betam tuam tandem in gratiam redire cum hoc conſobrino tuo. *Ph.* Noli fodere: *iam dudum* iuſſi. I. *Nolite operam perdere*: rem omnem, vt geſta ſit, ſcio; adueniens audiui omnia. *Ph.* At iſtos inuidos *deus* perdat, qui hæc libenter nuntiant. I. Ego 4
ſcio me cauiſſe, ne vlla merito contumelia fieri a vobis poſſit. Idque ſi nunc hic velim memorare, quam benigno in illam animo fui: vere poſſim, niſi te ex *Philippo tuo* id magis velim reſciſcere; namque eo pacto maxime apud te ingenio meo erit fides, 5
quum i*lle, cuius ſoror* nunc in me iniqua eſt, æqua de me dixerit. Neque mea culpa hoc diſſidium eueniſſe, *deum* teſtor. Sed quando ſeſe indignam eſſe deputat *non tantum vxori, ſed etiam* matri meæ, cui concedat, cuius

Digitized by Google

1. ius mores modeſtia ſua toleret; neque alio pacto componi inter eas gratia poteſt: ſegreganda aut a me mater eſt aut *tua filia.* Nunc me pietas matris potius commodum ſequi ſuadet. *T. Iuſtine*, haud inuito mihi ad aures acceſſit ſermo tuus, quum te res o-
2. mnes poſtputaſſe præ parente intelligo: verum vide, ne impulſus ira praue inſiſtas. *Ph. Recte admones, mi Tite. Et* quibus iris nunc impulſus in illam iniquus ſis, *Iuſtine*: quæ numquam erga *te* quidquam eſt commerita, quod noll*es*? Et ſæpe, quod vell*es*,
3. ſcio meritam: nam fuiſſe erga *ægrotantem vxorem* miro ingenio *et patientia plane ſingulari*, expertus *haud ita pridem es. I. Id quidem merito* laudo: illique exopto, vt reliquam vitam *apud alium* exigat, qui me ſit fortunatior; quandoquidem illam a *mea*
4. *domo* neceſſitas diſtrahit. *Ph.* Tibi in manu eſt, ne fiat: *et mihi longe gratiſſimum*, ſi redire illam iube*as*; *præſertim quum iam in eo ſim, vt iter in Hiſpaniam ingrediar; nec tamen poſſim ſolam eam domi meæ relinquere. I.* Non eſt conſilium, *Phædre*: matris
5. commodis ſerui*am. Ph.* Quo abis? Mane: mane, inquam. Quo vadis? quæ hæc pertinacia eſt? *T.* Dixine, *Phædre*, ægre eum hanc rem laturum eſſe? *Ph.* Non credidi *certe*, adeo inhumanum fore. Ita nunc is me ſibi ſupplicaturum putat? Si eſt, vt ve-

lit *recipere*: licet. Sin alio animo eſt: *pe-* 1.
cuniam acceptam huc renumeret *et* eat. *T.*
Ecce autem, tu quoque proterue iracundus
es? *Ph.* Percontumax huc rediſti nobis, *Iu-*
ſtine. *T.* Decedet iam ira, etſi merito ira-
tus eſt. *Ph.* Quia paullulum vobis pecu-
niæ acceſſit, ſublati animi ſunt. *T.* Etiam 2
mecum litigas? *Ph.* Deliberet: renuntiet-
que mihi hodie, velitne an non. *T.* Ades,
Phædre: audi paucis. L. Abiit *vterque.*
T. Quid mea? Poſtremo ipſi inter ſe transi-
gant, vt lubet: quando nec gnatus, neque
hic mihi quidquam obtemperant. Quæ 3.
dico, parui pendunt. Ad vxorem *igitur* hoc
iurgium porto, cuius conſilio hæc fiunt o-
mnia: atque in eam omne hoc, quod mihi
ægre eſt, euomam.

SECTIO IV 4.

eiusque

COLLOQVIVM I

ex act. 4. ſc. 1.

Michael. Erneſtus.

M. PErii, quid agam? quo me vertam? quid *hero* 5.
miſ*er* reſpondebo? Nam audiuiſſe vocem
chirurgi viſus eſt: ita ſeſe tacitus ad *Ottonem* dere-
pente corripuit. Quod ſi reſciuerit, eum *eſſe vulne-*
ratum: id qua de cauſa me clam habuiſſe dicam?
Non ſcio *profecto.* Sed oſtium concrepuit: credo
ipſum ad me exire: null*us* ſum. *E. Michael* vbi me
ad

Digitized by Google

1. ad fili*um* ire ſenſit, ſe duxit foras. Atque ec-
ce, eum video. Quid ais, *Michael?* Heus, tibi dico. *M.* Mihine, mi *here?* *E. Herus* ego tuus? tu *herum* me aut hominem eſſe deputas? Nam ſi vtrumuis horum tibi vmquam viſus forem: non ſic eſſem ludibrio
2. factis tuis habitus. *M.* Quibus? *E.* At rogitas? *Vulneratus eſt filius.* Hem! taces? *a* quo? *M. Neſcio.* *E.* Credo, *ſcilicet:* neque *tuum* eſt *iam loqui* aliter. Sed demiror, quid ſit, quam ob rem *hoc me* celare volueris: præſertim quum *letale vulnus ſit,*
3. *nec vllam dilationem patiatur.* Adeo peruicaci eſſe animo, vt perire iuuenem præoptares potius, quam *per te id notum eſſe velles mihi?* Iſtuc *facere* æquum eſt *famulum? Haud dubie* penes te eſt, *quam alterius* eſſe culpam *dicis.* *M.* Miſer ſum, *ſed extra culpam.* *E.*
4. Vtinam ſciam, iſtuc ita eſſe. Sed nunc mihi in mentem venit, *quod heri audiui: eſſe quemdam ex famulis meis,* qui *compotationes* amaret. Tu *quidem* iam olim oſtendiſti *eum* eſſe: hæc *autem* res *denuo* indicium facit, *quid* factum *ſit.* *M.* Adeone peruica-
5. cem me cenſes eſſe *aut* eo *in te* animo, vt celar*em*, ſi ex vſu *tuo* eſſet hoc *ſcire?* *E.* Tune proſpicere potes aut iudicare, quod ſit in rem *meam?* *Sed ad interrogata reſponde mihi.* *Nonne compotaſti?* *nonne* foris pernoctaſti? *M.* Audiuiſti fortaſſe ex aliquo, qui

vidiſſe *me* exeuntem aut introeuntem ad 1.
Philippum diceret. Quid tum poſtea, ſi
modeſte ac raro hoc fe*ci?* Nam ſi *quis* poſ-
ſet ab *eo* ſeſe *prorſus aut tam* derepente a-
uellere, quicum tot annos conſue*ui*ſſet: e-
um firmum virum ducerem, non *iuuenem. Si
quid vero* me peccaſſe *credis:* abi, ſolum 2.
Philippum ſolus conueni; *et* roga, *poſſit*ne
recte *et ex vero negare, me* tempore *meo ſem-
per domum abiiſſe. E. Vterque mentimini:*
nam id vitium vobis omnibus innatum eſt.
Sed cur chirurgum arceſſiuiſti? Prorſus in-
cendor ira, te hæc iniuſſu meo facere auſ*um* 3.
eſſe. Quam ob rem interdico, ne extuliſſe
hodie pedem extra ædes vsque velis. Sed
ſtult*us* ego, qui dictis meis *hunc* parere po-
ſtulem: ibo intro atque ſeruis edicam, ne
quoquam *pedem* efferre eum ſinant. *M.*
Null*um certe* me *iam* viuere miſeriorem, 4.
credo. Nam, vt hic laturus hoc ſit, ſi rem
ipſam, vt ſit, reſciuerit, non clam me eſt;
quum hoc, quod leuius eſt, tam iracundo
animo tulit: nec, qua via *id ei diutius celari*
poſſit, ſcio. Hoc vnum mihi ex plurimis
miſeriis reliquum fuerat malum, ſi, vt *aucto-
rem vulneris indicem,* cogit: *quis* qui ſit, ne- 5.
ſcimus. Nam quum vulneratus *Otto* eſt:
forma in tenebris noſci non potuit. Ne-
que tum detractum ei quidquam eſt, *vnde*
noſci poſſit, qui ſit: ipſe *potius noſtro,* quem
in

1. in digito habuit annulum, abiens vi eripuit.

COLLOQVIVM II
ex act. 4. ſc. 2.
Leuinus. Rupertus.

2. *L.* NOn clam me eſt, mi *nepos*, me tibi ſuſpectum eſſe, propter meos mores abiiſſe hinc vxorem tuam: etſi ea ſedulo diſſimulas. *Vnde quamquam* ſciens numquam commerui, vt illam merito odium mei caperet: tamen ego rus me hinc abiturum certo
3. decreui; ne mea præſentia obſtet, neu cauſſa vlla reſtet reliqua, quin *vxor* tua ad te redeat. *R.* Quæſo, *mi aue*, quid iſtuc conſilii eſt? Illius ſtultitia victus ex vrbe tu rus habitatum migres? *Ego ſane præ te res omnes poſtputo.* *L.* Ei *quidem* rei *iam ante* firma-
4. ſti fidem: nam pater tuus modo iam intus narrauit mihi, quo pacto me præpoſitum omnibus habueris. Nunc tibi me gratiam contra referre certum eſt, vt apud me præmium eſſe pietati poſitum ſcias: hoc *enim* et vobis et famæ meæ commodum arbitror.
5. *R.* Haud facies, *mi aue*: neque ſinam, vt, qui male dictum nobis velit, mea pertinacia aut modeſtia tua factum eſſe dicat. Tum tuos amicos te et cognatos et *vrbicæ vitæ commoditates* mea cauſſa deſerere nolo. *L.* Nihil *profecto* iam iſtæc res mihi voluptatis

Digitized by Google

ferunt. Dum ætatis tempus tulit, perfun- 1.
ctus ſatis ſum: iam ſatias iſtorum ſtudiorum tenet; hæc mihi nunc cura maxima eſt, vt ne cui ætatis meæ longinquitas obſtet, mortemue meam *quis* exoptet. Hic immerito me inuiſ*um* eſſe video: tempus eſt concedere. Sic optime, vt ego opinor, omnes 2.
cauſſas omnibus præcidam: et me hac ſuſpicione exſoluam, et illis morem geſſero. Sine me effugere, quod vulgus *ſenum* male audit. *R.* Quam fortunatus ceteris rebus ſum, absque vna hac foret: *hunc* auum habens talem, illam autem vxorem! *L.* Obſe- 3.
cro, mi *Ruperte*: da mihi hanc veniam; *ſine me abire et* reduc illam. *R.* Væ miſero mihi. *L.* Et mihi quidem: nam hæc res non minus male me habet, quam te.

COLLOQVIVM III 4.

ex act. 4. ſc. 3.

Albertus. Leuius. Rupertus.

A. QVem cum *nepote* ſermonem habueris, procul hinc ſtans accepi, *mi frater.* *Et ſane* illuc eſt ſapere, qui, vbicumque opus ſit, animum poſſis flectere: quod fortaſſe 5.
poſt faciendum ſit *neceſſario*, ſi idem hoc nunc *lubens* feceris. *L.* Abi ergo *mecum* rus, *mi frater*: ibi ego te, et tu me feres. *A.* Spero *ſane*. *L.* I ergo intro: et compone quæ tecum ſimul ferantur. *A.* Ita, vt iubes, fa-

1. faciam. *R. Alberte.* *A.* Quid vis, *Ruper-
te?* *R.* Abire hinc *auum*? Minime. *A.*
Quid ita iſtuc? *R.* Quia etiam de vxore ſum
certus, quid facturus ſim. *A.* Quid eſt?
quid vis, niſi reducere? *R.* Equidem cupio:
ſed non minuam conſilium meum; quod ex
2. vſu eſt, id perſequar. *A. Crede, mi Ruper-
te:* odioſa eſt hæc ætas adoleſcentulis; me-
dio excedere æquum eſt; poſtremo ſenes
nos iam fabulæ ſumus. *Igitur ſine nos abi-
re: nam hoc et vobis et noſtræ famæ commo-
dum erit.* Sed *Ioachimum* video per tem-
3. pus egredi: accedamus.

COLLOQVIVM IV
ex act. 4. ſc. 4.
Petrus. Quirinus. Conradus. Hermannus.

4. *P.* Tibi quoque, *Friderice*, iratus ſum: *et*
quidem grauiter. Nam turpiter
abs te factum eſt, *quod ex ſchola profugiſti:*
etſi tibi cauſſa *quædam* de hac re eſt. *Frater*
te impulit: huic vero nulla eſt. *Q.* Op-
portune te mihi in ipſo tempore oſtendis,
5. *Petre.* *P.* Quid eſt? *Q.* Dic filio, *iam pla-
catum eſſe præceptorem:* ne reuereatur, quo
minus *ad ſcholam* redeat. *P.* Ah, nullam
de his rebus culpam *Oneſimus tuus* comme-
ruit: a *Conrado meo* hæc omnia exorta ſunt;
hic nos perturbat. *Q. Scio: ſed et hic* polli-

citus eſt, *ſeſe ad frugem rediturum.* C. *Ita* 1
fecisset, *mi parens: et ita faciam.* R. Er-
ras, ſi tui me animi ignarum eſſe putas. Quam
longum ſpatium *reſipiſcendi* tibi dedi?
Quam æquo animo ſumtus tuli, quos in *pra-
uos commilitones* feciſti? Oraui te, vt *tan-
dem antiquos mores dediſceres: quod* tum, 2
obſecutus mihi, feciſti, vt decuerat. Nunc
in eamdem te vitam denuo reuolutum eſſe
video: nam animum ad *peſſimos iſtos nebu-
lones* rurſum induxiſti, *quibus* obſecutus *et
mihi et tibi* adeo iniuriam facis. C. Mene?
P. Te ipſum. *Immo* falſas cauſſas confingis 3
ad diſcordiam, vt cum *illis* viuas, quum te-
ſtem *hunc* abs te amoueris. Senſitque *con-
tubernalis tuus, Bernhardus*: nam quæ cauſ-
ſa ei alia fuit, quam ob rem abs te abiret? *H.*
Plane hic diuinat: nam id eſt. C. Iusiurandum
tibi dabo, nihil iſtorum eſſe. *P.* Ah, reduc 4
Bernhardum: aut cedo, quam ob rem non
opus ſit. Nam is quidem in culpa non eſt:
de *Philippo* poſt videro. C. Omnibus mo-
dis miſer ſum; nec, quid agam, ſcio: tot
me nunc rebus miſerum pater concludit.
Abibo hinc, quando præſens parum pro- 5
moueo: *et videbo, an mater* mihi *in hac* re
adiutrix *futura* ſit. *P.* Fugis? hem! nec
quidquam certi reſpondes mihi? Num tibi
videtur eſſe apud ſeſe, *Quirine?* Quid ergo
agam? quid conſilii das? *Q.* Quid agas?

Ge-

Digitized by Google

1. *Georgium hunc* primum *arceſſendum* cenſeo. Oremus: accuſemus grauius: denique minitemur, ſi cum illo rem poſtea habuerit. *P.* Faciam, vt mones. Puer, eho, curre ad *Georgium hunc* vicin*um* noſtr*um*: huc meis *eum* verbis euoca. Et te porro,
2. *Quirine*, oro, vt in hac re adiutor mihi ſis. *Q.* Quam ob rem vis adeſſe me vna: quum animum eius a me *prorſus* alienum eſſe ſentiam, nec *facile* conuenturum inter nos arbitrer. *P.* Sed quid faciemus *Conrado? Q.* Cenſesne, te vll*um* poſſe *adoleſcen-*
3. *tem* reperire, q*ui* culpa careat? an, quia non ipſe deliquimus *iuuenes? Quare vituperandus quidem eſt: ſed ita tamen, vt non omnem ſpem reconciliationis* ademtam *ſibi intelligat; non enim* omnino abhorrere *illi* animum *ab emendatione* video. Id ego præſen-
4. te hoc tibi *antea* nolebam dicere: *nunc vero*, poſtquam ab*iit*, *monendum duxi*. *P.* Habeo *tibi merito* gratiam. *Tu vero quid agis, Hermanne. H. Quid agerem? Adfines ſumus, Petre; et*, ſi fieri poteſt, *non modo* perpetuam hanc inter nos adfinitatem, *ſed ami-*
5. *citiam quoque* eſſe volo: ſin eſt, vt aliter tua ſententia ſit, *remitte potius ad me litteras. P. Litteras? quas litteras? H.* Natus *mihi* puer eſt: *te igitur potiſſimum elegi, qui de ſacro fonte illum cras ſuſciperes. Nonne accepiſti litteras? P. Ne litteram quidem vidi:*

ne-

neque peperiſſe *vxorem tuam* ante *hanc ho-* 1
ram ſciui. *H.* O quid mulieris vxorem
habes, aut quibus moribus moratam? *Tene*
hoc celat*um* tamdiu? Nequeo ſatis prolo-
qui, quam praue hoc mihi factum videtur.
P. Non tibi minus factum illud placet, quàm
mihi. *Interim* natùm illum gaudeo: *nul-* 2.
laque in re *tibi* a me difficultas erit. Hanc
enim videre diem ſæpe opta*ui*, quum ex te
eſſet aliquis, qui te patrem appellaret. Eue-
nit: habeo deo gratiam *et puero initiando,*
ſi vllo modo eſt, vt poſſit, *mi Petre*, *adero.*
H. Ita loquere, *vt* mihi *non ſit* ambiguum, 3.
quid facere animum induxeris. *P.* Spero
quidem fore *ita, vt dixi* : *ſed*, quid *deus* faci-
at, non eſt in manu mea.

SECTIO V

eiusque

COLLOQVIVM I 4.

ex act. 5. ſc. 1.

Georgius. Petrus.

G. NOn hòc de nihilo eſt, quod *Petrus* me
nunc conuent*um* eſſe expetit: nec 5.
me multum fallit, quin, quod ſuſpicor, ſit,
quod velit. *P.* Videndum eſt, ne minus propter
iram impetrem, quam poſſim: aut ne quid faciam
plus, quod poſt me minus feciſſe ſatius ſit. Adgre-
diar. *Georgi,* ſalue. *G.* Salue, *Petre.* *P.* Cre-
do,

1. do, te nonnihil mirari, quid ſit, quapropter
te huc foras euocare puerum iuſſi. *G.* Ego
quoque timid*us* ſum, quum venit in men-
tem, *qui ſis*, ne *rumor* mihi obſit: nam mo-
res facile tutor. *P.* Si vera dicis, nihil tibi
a me periculi eſt. Nam ea iam ætate ſum, vt
2. non ſit æquum, peccato mihi ignoſci: quo
magis res omnes cautius, ne temere faciam,
accuro. Nam ſi facis factur*us*ue es, quod
bon*os* facere par eſt: iniuriam tibi offerre in-
ſcitum; immerenti, iniquum eſt. *G.* Ma-
gna *profecto* gratia eſt, quam de hac re tibi
3. habeam: nam qui poſt factam iniuriam *ſe*
expurget, mihi parum proſit. Sed quid i-
ſtuc eſt? *P.* Filium ad te receptas. *G.* Ah!
P. Sine, dicam. *Vſque adhuc conuerſatio-*
nem veſtr*am* pertuli. Mane: nondum et-
iam dixi id, quod volui. Quære alium tibi
4. *ſocium.* *G.* Quid is ait? *P.* Nam ille hoc
animo *in poſterum non* erit: neque *tibi etiam*
tutum. *G.* Si aliud ſcirem ſanctius, qui fir-
mare fidem meam apud vos poſſim, quam
iusiurandum: id pollicerer tibi, me *diu* ſe-
gregatum a me *Conradum* habuiſſe. *P.* Le-
5. pid*us* es. Sed ſci*sne* ſodes, quid volo poti-
us facias? *G.* Quid vis? cedo. *P.* Eas ad
meos huc intro, atque idem iſtuc iusiuran-
dum illis pollicearis: exple iis animum, te-
que hoc crimine expedi. *G.* Faciam:
quod *ſane*, ſi eſſet ali*us*, haud faceret, ſcio;
vt

vt de tali cauſſa *illis* ſe oſtenderet. Sed fal- 1.
ſa fama ſuſpectum eſſe gnatum tuum nolo: nec leuiorem vobis immerito videri. Nam meritus eſt de me, vt illi, quod queam, commodem. *P.* Facilem beneuolumque tibi me iam lingua tua reddidit. Nam non *hi* ſo*li* arbitra*ti* ſunt: ego quoque credidi. 2.
Nunc quum ego te præter opinionem noſtram comperi: fac, vt *id*em porro ſis. Vte*ris* amicitia noſtra, vt voles. Si facis aliter. Sed reprimam me, ne ægre quidquam ex me audias. Verum te hoc vnum moneo: qualis ſim amicus aut quid poſſim, potius 3.
quam inimicus, periculum facias. *G.* Faciam ſedulo.

COLLOQVIVM II
ex act. 5. ſc. 2.

Petrus, Quirinus. Georgius. 4.

P. Q*Virinus*, video, venit: puero *præceptorem* adducit. Nihil ipſi apud me patiar deſieri, quin benigne præbeatur, quod opus ſit: *ſi modo* faci*at*, vt puer *recte inſtituatur. Quirine, Georgius* perſancte deierat. *Q.* H*ic*cine *is* eſt? *P. Hic* 5.
eſt. *Q.* Nec i*ſti* de*um* metuunt: neque h*os* reſpicere de*um* opinor. *P. Danielem* noſtr*um* falſo ſuſpect*um* nobis in re ipſa inuenimus, *Quirine:* nunc porro h*unc* experiamur. Nam ſi falſo crimini mea ſe vxor cre-

1. credidiſſe compererit, miſſam iram faciet: ſin autem ob eam rem irata eſt, quod *nuper* clam *ad ſe recepit eam;* id leue eſt, cito ab ea hæc ira abſcedet. Profecto in hac re nihil mali eſt, quod *tanto odio* dignum ſit. *Q.* Velim quidem *ſane.* *P.* Exquire: adeſt:
2. ip*ſe* faciet, quod ſatis ſit. *Q.* Quid mihi iſtæc narras? an, quia non dudum tute audi*ui*ſti, vt meus de hac re animus ſit? *Vxoribus noſtris* modo exple animum. *P.* Quæſo *te, Georgi,* vt ſerues, quod mihi pollicit*us* es. *G.* Vis ergo, introeam ob eam rem? *P.* I
3. atque exple iis animum, vt credant. *G.* Eo: etſi ſcio, meum his conſpectum hodie inuiſum fore. *P.* At hæ amicæ erunt: vbi, quam ob rem adueneris, reſciſcent. *Q.* At easdem tibi amicas fore promitto, vbi rem cognouerint: nam illas errore, et te ſimul
4. ſuſpicione exſolues. *P. Imma* vna opera nos *tibi* amicos iung*es: et ego* gratiam *tibi* referam. *G. Faciam:* intro me am*bo* ſequimini.

COLLOQVIVM III

5. *ex act. 5. ſc. 3.*

Stephanus. Theophilus.

St. QVid *Theophilum* ab noſtro adfine exeuntem video? quid rei huic hic eſt? *Th.* Opportune te offers, *Stephane:* propere curre ad *Philonem.* *St.* Quid eo?

Th.

Th. Dic me orare, vt veniat. *St.* Ad te? 1.
Th. Immo ad *Lucretium.* *St.* Quid rei eſt?
Th. Tua quod nil refert, percunctari deſi-
nas. *St.* Nil aliud dicam? *Th.* Etiam: co-
gnouiſſe *Lucretium*, *gladium* illum *Henrici*
fuiſſe, quem ipſe mihi olim dederat. *St.*
Scio: tantumne eſt? *Th.* Tantum: aderit 2.
continuo, vbi hoc ex te audiuerit. Sed ceſ-
ſas? *St.* Minime equidem: nam hodie mi-
hi poteſtas haud data eſt, ita curſando atque
ambulando totum hunc diem contriui. *Th.*
Vbi fuiſti? *St.* *Neſcio profecto*, *vtrum* parui
pretii meam eſſe operam herus deputet, qui 3.
ob rem nullam miſit. *Th.* *Quid ita?* *St.*
Fruſtra deſedi totum diem, dum in arce *Bur-
mannum* *Londinenſem* exſpecto. Itaque in-
eptus dum ſedeo illic hodie, vt quisquis ve-
nerat, accedebam: Adoleſcens, dic dum,
quæſo; tune es *Londinenſis?* non ſum. At 4.
Burmannus? non. Ecquem *amicum* hic
habes *Octauium?* omnes negabant: neque
eum quemquam eſſe arbitror. Denique
iam pudebat me: abii. *Th.* *Fac properes,
vt dixi: nunc non eſt narrandi tempus.* *St.*
Abeo. *Th.* *O diem fauſtum ac felicem!* Quan- 5.
tam hodie lætitiam *Philoni* aduentu meo
obtuli? quot commodas res attuli? quot
autem curas ademi? Qua re ſuſpectus *pa-
trono* fuit, exſolui. Hic adeo *gladius* inue-
niendis his rebus initium fuit. Nam me-
mini

1. mini abhinc menſes *quatuor* fere ad me no-
cte prima domum confugere anhelantem,
ſine comite, vini plenum, cum hoc *gladio.*
Extimui illico. Mi *Philo*, inquam, amabo:
quid, obſecro, exanimatus es; aut vnde *gla-
dium* iſtum nactus? dic mihi. Ille res alias
2. ſe agere ſimulare. Poſtquam id video: ne-
ſcio, quid ſuſpicari magis cœpi; inſtare,
vt dicat. Homo fatetur, ſe vi in via *ducen-
tis imperialibus ſpoliatum:* dicitque ſe illi
gladium, dum luctatur, detraxiſſe. Eum
hic Lucretius lateri meo accinctum modo co-
3. gnouit. Rogat, vnde ſit: narro hæc omnia.
Inde cognitio facta, *Philonem* ab *Henrico
ſpoliatum* eſſe: *qui etiam mox interrogatus
fateri* factum *viſo gladio cœpit; ipſamque
adeo peeuniam reddidit, poſtquam enuntiatu-
ros facinus negauimus.* Hæc tot gaudia pro-
4. pter me illi contigiſſe, lætor: etſi hoc *Henri-
ci fratres* nolunt; neque enim eſt in rem *il-
lorum*, vt *pecunia reſtituatur.* Verum *ego*
numquam animum ad malas partes quæ-
ſtus gratia adducam. Ego, dum lic*uit*, be-
nigno illo et comi *amico* vſus ſum. Incom-
5. mode mihi *diſſenſione nupera* euenit: factum
fateor. At certe feciſſe arbitror, ne id me-
rito mihi eueniret. Ex quo commoda mul-
ta fuerint, eius incommoda *etiam* fer-
re æquum eſt.

COLLOQVIVM IV 1.
ex act. 5. ſc. 4.
Hilarius. Lepidus. Plautus.

H. VIde, mi *Lepide*, vt mihi certa hæc et
clara attuleris: ne me in breue hoc
tempus coniicias, falſo hoc gaudio frui. 2.
L. Viſum eſt. *H.* Certone? *L.* Certo. *H.*
Felix ſum, ſi hoc ita eſt. *L.* Verum reperi-
es. *H.* Manedum, ſodes: timeo, ne aliud
eſſe credam atque aliud nunties. *L.* Ma-
neo. *H.* Sic te dixiſſe opinor, *placa-
tum eſſe patrem.* *L.* Factum. *H. Inter-* 3.
*ceſſione Plauti: is*que hoc te iuſſit mihi
nuntiare. Itane factum? *L.* Ita, inquam.
H. Quis me eſt fortunatior? Egone *tibi* pro
hoc nuntio quid donem? quid? quid?
neſcio. *L.* At ego ſcio. *H.* Quid? *L.*
Nihil enim. *H.* Egone *te*, qui me mortu- 4.
um reducem ab orco in lucem feceris, ſine
munere a me abire ſinam? Ah, nimium me
ingratum putes. Sed *Plautum* ſtare ante o-
ſtium video. Me exſpectat, credo: adibo.
Pl. Salue, *Hilari.* *H.* O *Plaute*, o *mi Plau-
te*, ſeruator meus! *Pl.* Bene factum, et vo- 5.
lupe eſt. *H.* Factis facis, vt credam: anti-
quamque adeo venuſtatem tuam obtines, vt,
quocumque adueneris, aduentus et ſermo
tuus voluptati ſit. *Pl.* At tu antiquum mo-
rem atque ingenium obtines, vt vnus omni-
um

Digitized by Google

1. um homo te numquam blandior viuat. *H.*
Ha, ha, he: tune mihi iſtuc? Sed dic mihi:
num quid harum rerum iam *patruo tuo* dixi-
ſti? *Pl.* Nil. *H.* Neque opus eſt. Non *e-*
nim hoc fieri itidem, vt in comœdiis, pla-
cet, vbi omnia omnes reſciſcunt: hic, quos
2. par fuerat reſciſcere, ſciunt; quos autem
ſcire non æquum eſt, neque reſciſcunt, ne-
que ſcient. *Pl.* Immo etiam dabo, qui fa-
cilius hoc occultari poſſe credas. Pater
dixit *fratri*, ſe iuriiurando meo fidem ha-
buiſſe, et propterea te purgatum ſibi, *nec*
3. *placere in rem porro inquiri.* *H.* Opti-
me eſt: ſperoque, hanc rem nobis ex ſen-
tentia euenturam eſſe. *L. Hilari*, ſcire
ex te licet, quid ſit, quod boni hodie fe-
ci? aut quid eſt, quod vos agitis? *H.*
Non. *L.* Suſpicor tamen. Egone ab or-
4. co hunc mortuum? quo pacto? *H.* Ne-
ſcis, *Lepide*, quantum hodie mihi profue-
ris et ex quanta *me* ærumna extraxeris. *L.*
Immo vero ſcio, neque hoc imprudens
feci. *H.* Ego iſtuc ſatis ſcio. *L.* An te-
mere quidquam prætereat *Lepidum*, quod
5. facto vſus ſit. *H.* Sequere me intro, *Lepi-*
de. *L.* Sequar: equidem plus boni hodie
feci imprudens, quam ſciens ante hunc
diem vmquam. *Pl. Sapien-*
ti ſat.

S 2 For-

FORMVLAE LOQVENDI AC SENTENTIAE POTIORES EX PLAVTO EXCERPTAE.

I. *AMPHITRVO.*

Prologus.

INiuſta ab iuſtis impetrare non decet: iuſta autem ab iniuſtis petere, inſipientia eſt; quippe illi iniqui ius ignorant, neque tenent.
Quid contraxiſtis frontem?
Teneo, quid animi veſtri ſuper hac re ſit.
Sat habet fauitorum ſemper, qui recte facit.
Hoc mihi in mandatis dedit.
Hiſtrioniam facere.

Act. 1. ſc. 1.

Quaſi incudem me cæd*unt.*
Si dixero mendacium, ſolens meo more fecero.
Audita eloquar.
Nimis ferociter legatos noſtros increpant.
Legiones educunt, nimis pulchris armis præditas.
Tubæ vtrimque canunt: contra conſonat terra: clamorem vtrimque efferunt.
Boat cælum fremitu virorum.

Ho-

Digitized by Google

Hoſtes crebri cadunt.

Animam omittunt prius, quam loco demigrent: quisque, vti ſteterat, iacet obtinetque ordinem.

Proterunt hoſtium copias.

In fugam ſe penetrant.

Hæc illic eſt pugnata pugna vsque a mane ad veſperum.

Illo die impranſus fui.

Prœlium id tandem nox interuentu ſuo diremit.

Ego te pro iſtis dictis tuis et malefactis accipiam, furcifer: modo veni huc, inuenies infortunium.

Pugnis probe onerandus eſt.

Totus torpeo.

Non me commouere miſer poſſum præ formidine.

Vulcanum in cornu concluſum geris.

Pugnis os hominibus exoſſas.

Ego tibi comprimam ſceleſtam illam linguam.

Nos eramus peregre.

Niſi actutum hinc abis: familiaris haud accipieris familiariter.

Ego te ſuperbum hodie faciam, niſi hinc abis. Ich will dich ſo abdecken, daß dir das gehen vergehen ſoll.

Auferere, non abibis: ſi ego fuſtem ſumſero.

Libere mihi quiduis loqui licet.
Pugnis me contudit.
Etiam nunc malæ dolent miſero.
Iniurato plus credet mihi, quam iurato tibi.
Si me irritaſſis, hodie lumbifragium hinc auferes.

Act. 1. ſc. 2.

Bene proſpereque hodie hoc operis mihi proceſſit.
Orationem comprimam: crepuit foris.

Act. 1. ſc. 3.

Ne corrumpe oculos: redibo actutum. Weine nicht.
Id actutum diu eſt.
Bonum animum habe.

Act. 2. ſc. 1.

Id, quod neque eſt, neque fuit, neque futurum eſt, mihi prædicas.
Apage te a me.
Quæ neque fieri poſſunt, neque fando vmquam accepit quisquam, profers.
Non lac lacti magis ſimile eſt, quam ille ſimilis eſt mei.
Pugnis peſſime obtuſus ſum.
Non ſoleo ſomniculoſe heri imperia perſequi.
Nugas blatis.

Act. 2. ſc. 2.

Te amo præter omnes.

Plus

Digitized by Google

Plus ægri ex abitu *tuo*, quam ex aduentu voluptatis cepi.
Diliramenta loquitur.
Virtus præmium eſt optimum.
Virtus omnia in ſe habet: omnia adſunt bona, quem penes eſt virtus.
Haud æquum facit, qui, quod didicit, id dediſcit.
Paulliſper mane, dum edormiſcat vnum ſomnum.
Vigilans ſomniat.
Bacchæ bacchanti ſi velis aduerſari: ex inſana inſaniorem facies, feriet ſæpius.
Irritabis crabrones.
Atra bili percit*us* eſt.

Act. 3. ſc. 1.

Honoris veſtri gratia huc venio.
Inſontem probri accuſat.

Act. 3. ſc. 2.

Durare nequeo in ædibus.
Id me ſusque deque habiturum putat.
Ego illum aut deſeram: aut ſatisfaciat mihi ille atque adiuret inſuper, nolle eſſe dicta, quæ in me inſontem protulit.
Stultior ſtultiſſimo.
Ioco illa dixeram, ridiculi cauſſa.
Dictum eſt per iocum.
In hominum ætate multa eueniunt huiusmodi: capiunt voluptates, capiunt rurſum miſerias; iræ interueniunt, redeunt

Digitized by Google

rurſum in gratiam. Verum iræ ſi quæ forte eueniunt huiusmodi; rurſum ſi reuentum in gratiam eſt: bis tanto amici ſunt inter ſe, quam prius.

Act. 3. ſc. 3.

Adſum: ſi quid opus eſt, impera; imperium exſequar.

Iam pax eſt inter vos duos.

Ita par videtur ſeruum frugi ſeſe inſtituere, proinde heri vt ſint, ipſe item ſit: vultum e vultu comparet: triſtis ſit, ſi heri ſint triſtes; hilarus ſit, ſi gaudeant.

Rediſtis in concordiam?

Facta pax eſt.

Ambo fruſtra ſunt: errant probe.

Act. 3. ſc. 4.

Omnes de via decedite: nec quisquam tam audax homo *ſit*, qui obuiam obſiſtat mihi.

Animo ſuo obſequitur.

Act. 4. ſc. 1.

Omnes plateas perreptaui.

Quæritando defeſſus ſum.

Act. 4. ſc. 2.

Quis ad fores eſt?

Pæne cardines effregiſti foribus.

Act. 4. ſc. 5.

Quæſo, vt aduocatus mihi adſis.

Numquam me inultus iſtic ludificabit, quisquis eſt.

Act.

Digitized by Google

Act. 5. ſc. 1.

Animo malė eſt.

Hæc ſola ſanam mentem geſtat.

Act. 5. ſc. 2.

Bono animo! adſum tibi auxilio.

Nihil eſt, quod timeas.

Act. 5. ſc. 3.

Faciam ita, vt iubes: et te oro, vt promiſſa tua ſerues.

II. ASINARIA.

Prologus.

Quid proceſſerim huc et quid mihi voluerim, dicam.

Ineſt lepos ludusque in hac comœdia.

Act. 1. ſc. 1.

Caue, mihi mendacii quidquam.

Illuc me ducis, vbi lapis lapidem terit: vbi flent homines nequam, qui polentam pranſitant [*id eſt, in priſtinum*].

Rectam inſtas viam: ea res eſt.

Demiror, quid ſit: et, quo euadat, in metu ſum.

Argentum accepi: dote imperium vendidi.

In pauca verba conferam, quid te velim.

Maximas nugas agis.

Sine pennis vol*are*.

In aere piſcari.

Digitized by Google

In mari venari.

Quid, ſi forte in inſidias deuenero? tu redimes me, ſi me hoſtes interceperint?

Non eſſe ſeruus peior hoc quisquam poteſt, nec magis verſutus, nec a quo caueas ægrius.

Eidem homini, ſi quid recte curatum velis, mandes.

Act. 1. ſc. 2.

Promerenti optime hoccine pretii redditur?

Ingrata atque irrita eſſe omnia intelligo, quæ dedit et quod bene feci.

Sordido pane vitam oblectabas.

Act. 1. ſc. 3.

Male agis mecum.

Quum a piſtore panem petimus, vinum ex œnopolio: ſi æs habent, dant merçem. Eadem nos diſciplina vtimur: ſemper oculatæ manus ſunt noſtræ; credunt, quod vident.

Auceps quando concinnauit aream: offundit cibum, aues adſueſcunt. Neceſſe eſt facere ſumtum, qui quærit lucrum. Sæpe edunt: ſemel ſi captæ ſunt, rem ſoluunt aucupi.

Vt voles, vt tibi lubebit: nobis legem imponit.

Act. 2. ſc. 2.

Ad hoc diei tempus dormitaſti in otio.

Abs

Abs te ſocordiam omnem reiice et ſegniti-em amoue.
Ad ingenium vetus verſutum te recipis.
Serui ad fraudationem heri callidum ingeni-um gerunt.

Act. 2. ſc. 2.

Omnem in tergo theſaurum gerit.
Tergo res ſoluenda eſt.
Iſta virtus eſt, quando vſus eſt, qui malum fert fortiter: fortiter malum qui patitur, idem poſt potitur bonum.
Non vides, me ex curſura anhelitum etiam ducere?
Mitte ridicularia.
Mihi tibique interminatus eſt, nos futuros vlmeos (*id eſt, flagris vlmeis cæſum iri*).

Act. 2. ſc. 3.

Si eſt intus, euocato huc.
Macilentis malis *eſt*, rufulus, aliquantum ventrioſus, truculentis oculis, commoda ſtatura, triſti fronte.

Act. 2. ſc. 4.

Nimis imperioſus eſt.
Vtinam nunc ſtimulus in manu mihi ſit: qui latera tua conteram, quæ occaluere plagis?
Sine me hunc perdere, qui ſemper me ira incendit: cui furi numquam vnam rem me ſemel præcipere licet, quin centies eadem imperem atque obganniam.

Iuſſi-

Iuſſine columnis deiici operas aranearum? iuſſine in ſplendorem dari bullas has foribus noſtris?

Non te prouideram; quæſo, ne vitio vertas: ita iracundia obſtitit oculis.

Aufer te domum: abscede hinc.

Malum vobis quæritis.

In ius voco te.

Dabitur mihi ſupplicium de tergo veſtro.

Tu contumeliam alteri facias? tibi non dicatur?

Præficini hoc nunc dixerim: nemo etiam me accuſauit merito meo; neque me Athenis eſt alter hodie quisquam, cui credi recte æque putent.

Lupus eſt homo homini, non homo: quum, qualis ſit, non nouit.

Act. 3. ſc. 1.

Hoccine eſt pietatem colere, matris imperium minuere?

Satis dicacula es.

Queror fortunas meas.

An tu tibi verba blanda eſſe aurum reris? dicta docta pro datis?

Ille hinc largus lacrimarum trudetur foras.

Opilio, qui paſcit alienas oues, aliquam habet peculiarem, qui ſpem ſuam ſoletur.

Act. 3. ſc. 2.

Qui me vir fortior eſt ad ſufferendas plagas?

Pro

Digitized by Google

Pro merito nunc ſuo memorari multa poſſunt: vbi fidentem fraudaueris, vbi hero infidelis fueris, vbi verbis conceptis ſciens libenter periuraris, vbi parietes perfoderis, in furto vbi ſis prehenſus, vbi ſæpe cauſſam dixeris pendens aduerſus octo aſtutos, audaces viros, valentes virgatores.

Nimis ægre riſum continui.

Opprime os: ſubauſcultemus.

Act. 3. ſc. 3.

Sermoni tuo iam finem fac.

Melle dulci dulcior mihi es.

Non omnia eadem æque omnibus ſuauia eſſe ſcito.

Ego baiulabo: tu, vt decet dominum, ante me ito inanis.

Quiduis egeſtas imperat.

Exopta id, quod vis maxime tibi euenire: fiet.

Exoptata obtingent.

Act. 4. ſc. 1.

Oſtende, quem conſcripſiſti ſyngraphum inter me et *te*.

Fores occluſæ omnibus ſint, niſi tibi.

Captiones metuis.

Hæc multa ei eſto, vt viginti dies vino careat.

Act.

Digitized by Google

Act. 4. ſc. 2.

Egone hæc patiar aut taceam? Emori me malim, quam hæc non indicem.

Fac, vt illi turbas *et* lites concias.

Act. 5. ſc. 1.

Age, hoc agitemus conuiuium vino et ſermone ſuaui.

Decet verecundum eſſe adoleſcentem.

Iſtoc me facto tibi deuinxiſti.

Act. 5. ſc. 2.

Neque diuini, neque mihi humani poſthac quidquam accredas: ſi huius rei me eſſe mendacem inueneris.

Fundum alienum arat, incultum familiarem deſerit.

III. AVLVLARIA.

Prologus.

Qui ſim, paucis eloquar.

Hanc domum iam multos annos eſt quum poſſideo.

Mihi quotidie aut ture aut vino aut aliqui ſemper ſupplicat.

Act. 1. ſc. 1.

Exi, inquam: age exi. Exeundum tibi hinc eſt foras, circumſpectatrix, cum oculis emiſſiciis.

Si fuſtem cepero, aut ſtimulum in manum: te-

teſtudineum iſtum ego tibi gradum grandibo.

Si tu ex iſtoc loco digitum transuerſum aut vnguem latum exceſſeris; aut ſi reſpexeris, donicum ego te iuſſero: continuo ego dedam diſcipulam cruci.

In occipitio quoque habet oculos.

Neſcio quæ illunc hominem intemperiæ tenent. Peruigilat noctes totas: tum autem interdius quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies.

Non quidquam melius eſt mihi, vt opinor: quam ex me vt vnam faciam litteram longam, quando collum meum laqueo obſtrinxero.

Act. 1. ſc. 2.

Cultrum, ſecurim, piſtillum, mortarium, quæ vtenda vaſa ſemper vicini rogant, fures veniſſe atque abſtuliſſe dicito.

In ædes meas, me abſente, neminem volo intromitti: atque etiam hoc prædico tibi, ſi bona fortuna veniat, ne intromiſeris.

Non eſt veriſimile, hominem pauperem pauxillum parui facere, quin nummum petat.

Act. 2. ſc. 1.

Secreto te huc foras ſeduxi, vt tuam rem familiarem tecum hic loquerer.

Lapides loqueris.

Act.

Digitized by Google

Act. 2. ſc. 2.

Præſagiebat mihi animus.

Domum properare propero: nam egomet ſum hic, animus domi eſt.

Si animus tibi æquus eſt: ſatis habes, qui bene vitam colas.

Anus huic indicium fecit de auro: perſpicuo palam eſt. Cui ego iam linguam præcidam atque oculos effodiam.

Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera.

Ego iſtos noui polypos, qui ſibi, quidquid tetigerint, tenent.

Quæſo, quod percontabor, ne id te pigeat proloqui.

Hos magnum eſt periculum, ab aſinis ab boues transſcendere.

Quam ad probos propinquitate proxime te adiunxeris, tam optimum eſt.

Dummodo morata recte veniet, dotata ſatis eſt.

Nulla controuerſia mihi tecum erit.

Act. 2. ſc. 3.

Vbi tu es, quæ deblateraſti iam vicinis omnibus, me dotem daturum filiæ meæ?

Act. 2. ſc. 4.

Pumex non æque eſt aridus, atque hic eſt ſenex.

Suam rem periiſſe clamat, ſeque eradicari: ſi qua fumus de tigillo ſuo exit foras.

Aquam

Digitized by Google

Aquam plorat, quum lauat, profundere.
Ipſi pridem tonſor vngues demſerat: collegit, abſtulit præſegmina omnia.
Sexcenta ſunt, quæ memorem, ſi ſit otium.
Homo trium litterarum.

Act. 2. ſc. 5.

Huccine detruſiſti me ad ſenem parciſſimum: vbi, ſi quid poſcam, vſque ad rauim poſcam prius, quam quidquam detur?

Act. 2. ſc. 6.

Temeti nihil allatum intelligo.
Ligna hic apud nos nulla ſunt.

Act. 2. ſc. 7.

Ego interuiſam, quid faciant coqui.
Verba hic facio: quaſi nihil ſit negotii, vbi tantum rapacidarum ſit in ædibus

Act. 2. ſc. 8.

Feſto die ſi quid prodegeris: profeſto egere liceat, niſi peperceris.
Hanc rationem cordi ventrique edidi.
Configе ſagittis fures theſaurarios.

Act. 2. ſc. 9.

Deſquama piſces. I: congrum, murænam exdorſua, quantum potes.

Act. 3. ſc. 1.

Me miſerum fuſtibus male contuderunt: totus doleo atque oppido perii, ita me ſenex iſte gymnaſium habuit.

Act. 3. ſc. 2.

Homo nullus te ſceleſtior eſt, qui viuat hodie.

Res ipſa teſtis eſt.

Pipulo te hic ante ædes differam.

Act. 3. ſc. 3.

Fuſtibus impleuiſti iſtorum caput.

Pro vapulando ego abs te mercedem petam.

Abi in malum cruciatum ab ædibus.

Act. 3. ſc. 4.

Facinus audax incipit, qui pauper cum opulento homine cœpit rem habere aut negotium.

Act. 3. ſc. 5.

Sapienter factum et conſilio bono.

Quæ indotata eſt, ea in poteſtate eſt viri: dotatæ mactant et malo et damno viros.

Act. 3. ſc. 6.

Hunc ſi Argus ſeruet, qui oculeus totus fuit: is numquam ſeruet.

Totus oſſa atque pellis eſt, ita cura macet.

Exta inſpicere in ſole etiam viuo licet: ita is pellucet, quaſi laterna Punica.

Ego te hodie probe reddam madidum, ſed vino.

Act. 4. ſc. 1.

Seruus, qui hero ex ſententia ſeruire poſtulat: in herum matura, in ſe ſera condecet ca-

Digitized by Google

capeſſere. Sin dormitet: ita dormitet, vt ſeruum ſeſe cogitet.

Herile imperium ediſcat: vt, quod frons velit, oculi ſciant.

Quod iubeat, citis quadrigis citius perſequi properet.

Qui ea curabit, abſtinebit cenſione bubula.

Act. 4. ſc. 2.

Næ illic pulchram prædam agat, ſi quis ollam illam auri onuſtam inuenerit.

Rem diuinam faciam.

Act. 4. ſc. 3.

Terram pedibus radebat coruus et voce crocibat.

Act. 4. ſc. 4.

Ego te miſeris iam modis accipiam.

Quæ te mala crux agitat? quid tibi mecum eſt commercii?

Non ego nunc nugas ago.

Laruæ, intemperiæ inſaniæque hunc ſenem agitant.

Tuo arbitratu perſcrutatus es, neque penes me quidquam tui inueniſti.

Gulam interſtringam illi.

Act. 4. ſc. 5.

Emortuum ego me malim leto malo, quam non ego inſidias dem hodie ſeni illi.

Act. 4. ſc. 6.

Ego illuc præcurram atque inſcendam in arbo-

Digitized by Google

borem aliquam: indeque obſeruabo, vbi abſtrudat aurum ſenex.

Act. 4. ſc. 7.

I hac mecum intro: vt iſtuc, quod me oras, impetratum ab eo auferam.

Ibo intro, vbi de capite meo ſunt comitia.

Act. 4. ſc. 8.

Multo prior adueni illuc multoque prius me in arborem collocaui.

Deorſum me duco de arbore.

Declinaui me paullum extra viam.

Act. 4. ſc. 9.

Perii, interii, occidi! quo curram? quo non curram?

Quo eam, aut vbi ſim, aut qui ſim, nequeo cum animo certum inueſtigare.

Perditiſſimus ego ſum omnium in terra.

Quid mihi opus eſt vita, qui tantum auri perdidi, quod cuſtodiui ſedulo? Egomet me defraudaui, animumque meum, geniumque meum: nunc alii lætificantur meo malo et damno.

Act. 4. ſc. 10.

Fateor peccauiſſe, et me culpam commeritum ſcio.

Factum eſt illud: fieri infectum non poteſt.

Non mihi homines placent, qui, quando male fecerunt, purgitant.

Dimidiam tecum partem diuidam.

Repudium me tibi renuntiare iuſſit.

Qui

Digitized by Google

Qui homo culpam in ſe admiſit: nullus eſt tam parui pretii, quin pudeat; quin purget ſeſe.

Perii oppido: ita mihi ad malum malæ res plurimæ ſe adglutinant.

Ibo intro: vt, quid huius veri ſit, ſciam.

In vado ſalutis hæc eſſe propemodum res videtur.

Act. 5. ſc. 1.

Quid reperiſti? *Reſp.* Non, quod pueri clamitant in faba ſe reperiſſe.

Soleo ego garrire nugas: ita loquor.

IV. CAPTIVI.

Prologus.

Ego me tua cauſſa non rupturus ſum.

Nihil pretio parſit, dum filio parceret.

Inter ſe commutant veſtem et nomina.

Paucis eſt, quod vos monitos voluerim.

Act. 1. ſc. 1.

Quaſi mures, ſemper edimus alienum cibum (*paraſiti*).

Colaphos perpeti pot*eſt*, frangique ollas in caput.

Act. 1. ſc. 2.

Captiuus liber auis fere conſimilis eſt: ſemel

Digitized by Google

mel fugiendi ſi data eſt occaſio, ſatis eſt; numquam poſt illam poſſis prehendere.

Omnes profecto liberi lubentius ſumus, quam ſeruimus.

Mene vis dem in pedes?

In caueam te dabo.

Tum denique homines noſtra intelligimus bona: quum, quæ in poteſtate habuimus, ea amiſimus.

Laudo, quum amici malum tuum ducis malum.

Sæpe ſumma ingenia in occulto latent.

Cum calceatis dentibus veniam.

Act. 2. ſc. 1.

In re mala ſi animo bono vtare, adiuuāt.

Nos pudet, quia cum catenis ſumus.

Viſo opus eſt, cauto opus, vt hoc ſobrie ſineque arbitris agatur.

Haud ſomniculoſe hoc agendum eſt.

Fere maxima pars morem hunc homines habent: dum id impetrant, quod volunt ſibi, boni ſunt; ſed vbi id iam penes ſeſe habent, ex bonis peſſimi et fraudulentiſſimi ſunt.

Secundum patrem tu es pater proximus.

Act. 2. ſc. 2.

Secede huc: nam ſunt, quæ ex te ſolo ſcitari volo, quarum rerum te falſiloquum mihi eſſe nolo.

Fortuna humana fingit artatque, vt lubet.

Me

Me, qui liber fueram, ſeruum fecit; e ſummo infimum: qui imperare inſueueram, nunc alterius imperio obſequor.

Eſt profecto deus, qui, quæ nos gerimus, auditque et videt.

Eſt, vbi profecto damnum præſtet facere, quam lucrum.

Odi ego aurum: multa multis ſæpe ſuaſit perperam.

Hoc tam in procliui tibi, quam imber eſt, quando pluit.

Nihil eſt: operam luſeris.

Quod bonis bene fit beneficium, gratia ea grauida eſt bonis.

Act. 2. ſc. 3.

Gratiam habeo tibi, quum copiam iſtam mihi et poteſtatem facis, vt ad parentes hunc remittam nuntium.

Faciam ſedulo, vt, quod potiſſimum in rem tuam recte conducat, id petam.

Meus mihi, ſuus cuique eſt carus.

Si memorem ego, quæ erga me bene feciſti multa: nox diem adimat.

Lacrimas excutiunt mihi.

Corde amant inter ſe.

Caue, fidem fluxam geras.

Hæc per dextram tuam, dextra te manu retinens, obſecro.

Tibi commendo ſpes opesque meas.

Act. 3. ſc. 1.

Neque ieiunioſiorem, neque magis effertum fame vidi.

Venter gutturque reſident eſuriales ferias.

Nihil morantur imi ſubſellii viros.

Sciui, rem de compacto geri.

Omnes compacto rem agunt, quaſi in velabro olearii.

His diem dicam: irrogabo multam.

Si ſpes ea decollabit, redibo huc ad ſenem.

Act. 3. ſc. 2.

Quid eſt ſuauius, quam bene rem gerere bono publico?

Gratulantur eam rem.

Act. 3. ſc. 3.

Nec ſubdolis mendaciis meis mihi vsquam mantellum eſt, nec fucis vllum mantellum obuiam eſt.

Neque deprecatio perfidiis meis, nec malefactis fuga eſt.

Nec confidentiæ vsquam hoſpitium eſt, nec diuerticulum dolis.

Operta quæ fuere, aperta ſunt: patent præſtigiæ: omnis res palam eſt.

Neque iam SALVS ſeruare, ſi vult, me poteſt: nec copia eſt, niſi ſi aliquam corde aſtutiam machinor.

Quid machiner? quid comminiſcar? Maximas nugas ineptiasque incipio: hæreo.

Act.

Digitized by Google

Act. 3. ſc. 4.

Mihi res omnis in incerto ſita eſt.

Occiſa eſt hæc res: niſi atrocem aliquam aſtutiam mihi reperio.

Vsque a puero ſeruitutem ſeruiuiſti.

Hic homo rabioſus eſt: ne tu aures tuas immittas, quod iſtic fabuletur.

Haſtis inſectatus eſt patrem.

Qui ſputatur, morbus iſti interdum venit.

Quia tute ipſe eges; nec tibi, qui viuas, domi eſt: omnes inueniri ſimiles tibi vis.

Miſerorum eſt, vt maleuolentes ſint atque inuideant bonis.

Lapidibus nos inſectabit: niſi illunc iubes comprehendi.

Atra bilis agitat hominem.

At te, ſi hic ſapiat, atra pix agitet apud carnificem tuoque capiti illuceat.

Deliramenta loquitur: laruæ ſtimulant virum.

Crucior, lapidem non habere me, vt illi maſtigiæ cerebrum excutiam.

Solus te ſolum volo.

Os tibi denaſabit mordicus.

Quid mihi abnutas?

Garriet, quod neque pes vmquam, neque caput compareat (wunderlich Zeug).

Inter ſacrum ſaxumque ſto: nec, quid faciam, ſcio.

Puerum te vidi puer.

Digitized by Google

Nihil inuenies magis hoc certo certius.

Qua facile eſt ſodalis tuus? *Reſp.* Dicam tibi: macilento ore, naſo acuto, corpore albo, et oculis nigris; ſubrufus aliquantum, criſpus, cincinnatus.

Væ illis virgis miſeris, quæ hodie in tergo meo morientur.

Nucleum amiſi, reliquit pignori putamina: ita mihi ſtolido ſurſum verſum os ſubleuere offuciis.

Act. 3. ſc. 5.

Iniicite maſtigiæ huic manicas.

Rogas, ſator ſartorque et meſſor maxime ſcelerum?

Adſtringite iſti manus.

Qui per virtutem peritat, non interit.

Poſt mortem in morte nihil eſt, quod metuam, mali. Et ſi peruiuo vsque ad ſummam ætatem: tamen breue ſpatium eſt, quæ minitaris mihi.

Ego aliis documentum dabo, ne tale quisquam facinus incipere audeat.

Neminis miſereri certum eſt, quia mei miſeret neminem.

Act. 4. ſc. 1.

Ad ſenem hunc capeſſam curſum: cui boni tantum adfero, quantum ipſe a d*ea* optat; atque etiam amplius.

Act. 4. ſc. 2.

Quanto magis hanc rem in pectore meo volu-

luto: tanto auctior mihi ægritudo in animo eſt

Eminor interminorque, ne quis mihi obuiam obſtiterit: niſi qui ſat diu ſeſe vixiſſe arbitrabitur.

Ad quem genu iecero, ad terram dabo: dentilegos omnes mortales faciam, quemque offendero.

Quid hic homo incipit facere cum tantis minis?

Piſtores furfure ſues alunt, quarum odore præterire nemo piſtrinum poteſt.

Eis ora verberabo, vt ſciant, quam exhibeant alieno naſo moleſtiam.

Eugepæ! hic quidem edictiones habet ædilicias: mirumque adeo eſt, ni hunc Aetoli fecere ſibi agoranomum.

Aperite haſce ambas fores: priuſquam pultando vel aſſulatim foribus exitium adfero.

Quotidiani victus tui ventrem ad me adferas..

Sero poſt tempus venis.

Act. 4. ſc. 3.

Rem ſummam cibariam mihi credidit.

Act. 4. ſc. 4.

Metui, ne in me impetum faceret: ita frendebat dentibus.

Act.

Act. 5. ſc. 1.

Satis dolui ex animo: et ſatis cura me et lacrimis maceraui.

Quid opus eſt verbis? Lingua nulla eſt, qua negem, quidquid roges.

In lapicidinas compeditum *eum* condidi.

Act. 5. ſc. 2.

Bonus vir numquam fui, neque frugi bonæ; neque ero vmquam: ne tu ſpem ponas, me bonæ frugi fore.

Ego faciam, vt pudeat: nam in ruborem te totum dabo.

Satis facundus *es*: ſed iam fieri dictis compendium volo.

Act. 5. ſc. 3.

Adſum: ſi quid me vis, impera.

Act. 5. ſc. 4.

Nunc demum in memoriam redeo, quum cogito: nunc demum in memoriam regredior, audiſſe me quaſi per nebulam, Hegionem patrem meum vocari.

Grex.

Ad pudicos mores hæc facta fabula eſt.

Paucas huiusmodi comœdias reperiunt poetæ, vbi boni meliores fiant.

V. CVRCVLIO.

Act. 1. ſc. 1.

Si media nox eſt, ſiue prima veſpera: tamen

Digitized by Google

men ingratiis eundum eſt, quo imperant.

Caruitne febris te heri?

Nemo ire quemquam publica via prohibet, dum ne per fundum ſæptum facias ſemitam.

Qui e nuce nucleum eſſe vult, frangit nucem.

Vinoſiſſima eſt.

De odore ſcit, adeſſe me.

Tace: occultemus lumen et vocem.

Act. 1. ſc. 2.

Flos vini veteris meis naribus obiectus eſt.

Omnium vnguentorum odor præ tuo nautea eſt. Tu mihi ſtacte, tu cinnamomum, tu roſa, tu crocinum et caſia es, tu bdellium: nam vbi tu profuſus, ego me ſepultam peruelim. Sed quum adhuc naſo meo obſecutus odos es: da viciſſim gutturi meo gaudium.

Sitit hæc anus.

Grandiorem gradum fac ad me.

Vide, vt auariter ingurgitat in ſe hoc merum plenis faucibus.

Ecce, bibit arcus: pluet, credo, hodie.

Act. 1. ſc. 3.

Nulli homini perpetuum bonum eſt.

Noli verberare lapidem, ne perdas manum.

Act.

Digitized by Google

Act. 2. ſc. 1.

Valetudo decreſcit: labor accreſcit.

A me conſilium petunt: quod eis reſpondi, ea omnes ſtant ſententia.

Act. 2. ſc. 2.

Facit hic, quod pauci: vt ſit magiſtro obſequens.

Facile eſt miſerum irridere.

Qui iſtic clamorem tollis?

Act. 2. ſc. 3.

Date viam mihi.

De via ſecedite: ne quem in curſu capite aut cubito, aut pectore, aut genu offendam.

Conferunt ſermones inter ſeſe.

Tenebræ oboriuntur.

Genua ſuccidunt inedia.

Act. 3.

Subduxi ratiunculam: quantum æris mihi ſit, quantumque alieni.

Diues ſum, ſi non reddo eis, quibus debeo: ſi reddo illis, quibus debeo; plus alieni eſt.

Qui mature quæſiuit pecuniam: niſi cito parcit, mature eſurit.

Multam me tibi ſalutem iuſſit dicere.

Qui monet, quaſi adiuuat.

Act. 4. ſc. 1.

Alteri audacter de nihilo contumeliam dicunt:

Digitized by Google

cunt: et ipſi ſat habent, quod in ſe poſſit vere dici.

Act. 4. ſc. 2.

Bono vſui eſtis nulli.

Rei diuinæ operam dabo.

Act. 4. ſc. 3.

Stultior ſtulto fuiſti, qui iis crederes.

Act. 4. ſc. 4.

Rem diuinam feci.

Non minitabor malum, ſed dabo: mihi ſi pergis moleſtus eſſe.

Ego te faciam, vt hic formicæ fruſtillatim differant.

Cupio dare mercedem, qui illunc, vbi ſit, commonſtret mihi.

Act. 5. ſc. 1.

Antiquum poetam audiui ſcripſiſſe in tragœdia, mulieres duas peiores eſſe, quam vnam. Res ita eſt. Verum mulierem peiorem, quam hæc eſt, non vidi, neque audiui: neque dici nec fingi poteſt peior, quam hæc eſt.

Vix me foras abripui.

Act. 5. ſc. 2.

Pater meus iſtum geſtitauit annulum.

Mater ei vtendum dederat [*ſc. annulum*].

Nugas garris.

Dixi tibi, vnde ad me peruenerit.

Ambula in ius.

Act.

Act. 5. Sc. 3.

In ius me vocat.

Ego hodie ex te faciam pilum catapultarium: atque ita te neruo torquebo, itidem vti catapultæ ſolent.

Collum obſtringe homini.

Non ego te flocci facio.

In neruo iam iacebis, niſi mihi argentum redditur.

Noui ego hos pugnos meos: hisce ego, ſi tu me irritaueris, placidum te hodie reddam.

VI. CASINA.

Prologus.

Fidem facitis maximi.

Signum clarum date mihi.

Nunc nouæ, quæ prodeunt, comœdiæ multo nequiores ſunt, quam nummi noui.

Ea tempeſtate flos poetarum fuit, qui nunc abierunt hinc in communem locum.

Eiicite ex animo curam atque alienum æs.

Adoleſcentem peregre ablegauit pater.

Id ni fit: pignus mecum, ſi quis vult, dato in vrnam mulſi.

Bene rem gerite et vincite virtute vera.

Act. 1.

Quin potius, quod legatum eſt tibi negotium,

Digitized by Google

um, id curas atque vrbanis rebus te abſtines?

Adgerenda aqua te probe curuum faciam: ita, vt poſtilena poſſit ex te fieri.

Act. 2. ſc. 1.

Flagitium illud hominis: ego illum fame, ego illum ſiti, maledictis, malefactis vlciſcar.

Acheruntis pabulum.

Stabulum nequitiæ.

Act. 2. ſc. 2.

Mox magis, quum otium mihi et tibi erit, tecum loquar.

Act. 2. ſc. 3.

Vide, palliolum vt rugat.

Deus me infelicit*et*, ſi ego in os meum hodie vini guttam indidi.

De induſtria.

Act. 2. ſc. 4.

Optio hæc tua eſt: vtram harum vis, conditionem accipe.

Act. 2. ſc. 5.

Tota in fermento eſt: ita turget mihi.

Ego illam mediam diruptam velim.

Act. 2. ſc. 6.

Habe quietum animum.

Feri tu illi malam.

Act. 2. ſc. 7.

Meam operam luſerim.

Digitized by Google

Act. 2. ſc. 8.

Clamculum captandus eſt mihi horum ſermo.

Vno in ſaltu apros duos capiam.

Act. 3. ſc. 1.

Miſeriorem, quam te, vidi neminem.

Act. 3. ſc. 2.

Aliquid litigii inter eos contrahere cupio.

Act. 3. ſc. 3.

Aliquem huic metum in pectus iniiciam.

Act. 3. ſc. 4.

Nunc tu mihi amicus es in germanum modum.

Act. 3. ſc. 5.

Cor metu mortuum eſt.

Impos eſt animi.

Quidquid eſt, loquere: in pauca refer.

Timor dicta linguæ præpedit.

Timor verba præpedit.

Act. 3. ſc. 6.

Perſpicito, quid intus agatur.

Act. 4. ſc. 1.

Properate: cœnam iam eſſe coctam oportuit.

Candide veſtitus lauteque exornatus ambulat.

Ignem reſtingnunt aqua.

Senem extrudere incœnem cupiunt ex ædibus, vt ipſæ ſolæ ventres ſuos diſtendant.

Act.

Act. 4. ſc. 2.

Incœnatum ſenem foràs extrudunt.

Quid hic ſpeculare?

Act. 4. ſc. 3.

Mihi inanitate iam dudum inteſtina murmurant.

Quid tam diu intus remoratur, quaſi ob induſtriam?

Act. 4. ſc. 4.

Id quærunt: volunt, vt hæc infecta faciant.

Act. 5. ſc. 1.

Non fallaciam aſtutiorem vllus fecit poeta, atque vt hæc fabrefacta à nobis.

Act. 5. 2.

Pudet, quod prius non puditum vmquam eſt.

Act. 5. ſc. 3.

Quid nunc agam, neſcio; niſi vt improbos famulos imiter, ac domo fugiam: nam ſalus nulla eſt ſcapulis, ſi domum redeo.

Act. 5. ſc. 4.

Colere mores Maſſilienſes poſtulas.

Si ego vmquam poſthac tale admiſero; nulla cauſſa eſt, quin pendentem me virgis verberes.

Grex.

Aequum eſt meritis manibus meritam mercedem dare.

Digitized by Google

VII. CISTELLARIA.

Act. 1. ſc. 1.

A me magnam iniſtis gratiam.

Secundo vento vectus eſt *et* tranquillo mari.

Bono animo es: erit iſti morbo melius.

Medicus huic morbo facere medicinam poteſt.

Act. 1. ſc. 2.

Plus loquimur, quam ſat eſt.

Act. 1. ſc. 3.

Multa nocte.

Pedibus perfugium peperit.

Vt ſunt humana, nihil eſt perpetuum datum.

Act. 2. ſc. 1.

Pater apud villam detenuit me ruri hos dies ſex continuos.

Scis iam dudum omnem meam ſententiam.

Satin tibi iſtuc in corde certum eſt.

Non iſtæc tua dicta in aures recipio.

Act. 2. ſc. 2.

Clamore per vias *te* ſectatus ſum.

Act. 2. ſc. 3.

Iam horret corpus: cor ſalit.

Age, perge, quæſo: animus audire expetit, vt res geſta ſit.

Act. 3.

Occludite ædes peſſulis, repagulis.

Tran-

Digitized by Google

Tranquillum mihi ex irato poſſum facere.

Act. 4. ſc. 1.

Faciendum eſt mihi puerile officium.

Ego illam irridere me vt ſinam? Satius eſt mihi quouis exſilio interire.

Quaſi dedita opera in tempore ipſo mihi ſubuenit.

Act. 4. ſc. 2.

Petulantia mea in tergum meum ne veniat, male formido.

Intus paueo et foris formido: ita nunc vtrobique me metus agitat.

Iſtuc mihi cibus eſt, quod fabulare.

Aequum eſt tenere, per fidem quod creditum eſt: ne bene merenti ſit malo benignitas.

Illius iſtanc malo gratiam eſſe.

Act. 5.

Quid hoc negotii eſt, quod omnes homines fabulantur per vias, mihi eſſe filiam inuentam?

Caterua.

Qui deliquit, vapulabit.

More maiorum date plauſum in comœdia poſtrema.

VIII. EPIDICVS.

Act. 1. ſc. 1.

Quis properantem me prehendit pallio?

Corpulentior videris atque habitior.

Erit illi illa res honori.

Detegetur corium de tergo meo.

Corium perdidi: nam vbi ſenex ſenſerit, ſibi data eſſe verba, virgis dorſum meum depoliet.

Act. 1. ſc. 2.

Rem tibi omnem eloquutus ſum, atque mærorum meorum ſummam edictaui tibi.

Nihil agit, qui diffidentem verbis ſolatur: is eſt amicus, qui in re dubia re iuuat, vbi re eſt opus.

Argentum illud ſumſi fenore.

Quid te retulit beneficum eſſe oratione, ſi ad rem auxilium emortuum eſt?

Saluum te gaudeo huc aduenisſe.

A morbo valui, ab animo æger fui.

Perdidiſti omnem operam.

Plenus conſilii es; noui ego te.

Nunc tibi non dormiendum, neque cunctandi copia eſt.

Act. 2. ſc. 1.

Plerique homines, quos, quum nihil refert, pudet: vbi pudendum eſt, ibi eos deſerit pudor; quum vſus eſt, vt pudeat. Is adeo tu es.

Act. 2. ſc. 2.

Acutum cultrum habeo, qui ſenis marſupium exenterem.

Rogitando raucus factus ſum.

Si-

Digitized by Google

Sine reſpirem.
Animo male eſt: recipiam anhelitum.
Fit concurſus per vias.
Veſti quotannis nomina noua inueniunt: tunicam rallam, tunicam ſpicam, linteolum cæſicium, induſiatam, patagiatam, caltalam, aut crocotulam, ſupparum, aut ſubminiam, ricam, baſilicum, aut exoticum, cumatile, aut plumatile, cerinum, aut melinum. Gerræ maximæ!
Diſſimulabam me harum ſermoni operam dare.
Id lubido eſt ſcire.
Mihi iſtic nec ſeritur nec metitur.
Facere quiduis cupio, dum id fiat modo.
Quem hominem inueniemus ad eam rem vtilem?
Hic erit optimus; hic recta poterit cauere, qui iura et leges tenet.
Quanti emi poteſt minimo?
Ad quadraginta fortaſſe minas eam emi poſſe minimo (*ſc. puto*).

Act. 2. ſc. 3.

Vna me res ratioque turbat.

Act. 3. ſc. 1.

Exſpectando exedor miſer atque exenteror.
Abſurde facis, qui angas te animi.

Act. 3. ſc. 2.

Per hanc curam quieto tibi licet eſſe.

Digitized by Google

Dum tibi ego placeam atque obſequar, meum tergum flocci facio.
Ego hanc aſtutiam inſtitui.
Verſutior es, quam rota figularis.

Act. 3. ſc. 3.

Non oris cauſſa modo homines æquum fuit ſibi habere ſpeculum, vbi os contemplarent ſuum: ſed qui perſpicere poſſint cor ſapientiæ, igitur vt perſpicere poſſint cordis copiam. Vbi id inſpexiſſent: cogitarent poſtea, vt vitam olim in adoleſcentia vixiſſent.
Profecto deliramus interdum ſenes.
Bardum me faciebam.
Nihil homini amico opportuno eſt amicius.
Albis dentibus me irrideret meritiſſime.

Act. 3. ſc. 4.

Ego magis vnum quæro, cui meas pugnas prædicem: quam illum, qui mihi ſuas memoret.
Hic non eſt locus: quin tu quæras alium, cui centones facias.
Volo te verbis pauculis, ſi tibi moleſtum non eſt.
Tibi os plane et probe ſublitum eſt.

Act. 4. ſc. 1.

Si quid homini miſeriarum eſt, quod miſereſcat, miſer ex animo eſt. Id ego experior, cui multa in vnum locum confluunt,

quæ

quæ meum pectus ſimul pulſant: multiplex ærumna me exercitum habet: paupertas *et* pauor mentem animi territat: neque, vbi ſpes meas collocem, munitum vſpiam locum habeo.

Nunc demum animus remigrat mihi.

Act. 4. ſc. 2.

Aliter catuli longe olent, aliter ſues.

Si inuenio, exitiabilem ego illi faciam hunc diem.

Act. 5. ſc. 1.

Pulchrum futurum verbis tuis meum corium prædicas: quem Apelles atque Zeuſis duo pingent pigmentis vlmeis.

Quod boni eſt, id tacitus taceas tute tecum et gaudeas.

Act. 5. ſc. 2.

Satin ille hic homo ludibrio nos vetulos decrepitos habet?

Flemina miſero in genua inuaſerunt laſſitudine.

Quot hodie exemplis me ludificatus eſt!

Ille quidem Vulcani irati eſt filius: quaqua tangit, omne amburit; ſi prope adſtes, æſtu calefacit.

Vt acerbum eſt, pro benefactis quum mali meſſem metas!

IX. BACCHIDES.

Act. 1. ſc. 1.

Vbi me fugiet memoria: ibi tu facito, vt ſubuenias.

Metuo, ne mihi in monendo defuerit oratio.

Ego quoque metuo, ne luſciniolæ defuerit cantio.

Quid in concilio conſuluiſtis?

Rapidus fluuius eſt hic: non hac temere transiri poteſt.

Ego ſorori meæ cœnam hodie dare volo viaticam.

Piſcatus hic tibi hodie euenit bonus.

Act. 1. ſc. 2.

Mali ſunt homines, qui bonis dicunt male.

Non omnis ætas ludo conuenit.

Iam perdidiſti te atque me atque operam meam, qui tibi nequidquam ſæpe monſtraui bene.

O præligatum pectus!

Iam exceſſit mihi ætas ex magiſterio tuo.

Nimio es tu ad iſtas res diſcipulus docilior: quam ad illa, quæ te docui; vbi operam perdidi.

Act. 2. ſc. 1.

Aedibus noſtris propinquus accolis.

Digitized by Google

Act. 2. Sc. 2.

Compendii verba multa iam faciam tibi.

Tu quid factitaſti ſuper mandatis?

Proximæ viciniæ habitat.

Non tantulum vmquam intermittit tempus, quin eum nominet.

Act. 2. Sc. 3.

Extexam ego illum pulchre.

Adibo hunc, quem quidem ego hodie faciam hic arietem Phryxi: itaque tondebo auro vtque ad viuam cutem.

Pancratice atque athletice valuit.

Cor meum et cerebrum finditur, vbi iſtius hominis quaque fit mentio.

Certe ſcio: Vulcanus, ſol, luna, dies, ſceleſtiorem nullum illuxere alterum.

Adeone me fuiſſe fungum, vt qui illi crederem!

Is lembus naui noſtræ inſidias dabat.

E portu nauis noſtra ſoluitur.

Reuerſionem ad terram faciunt.

De auro nihil ſcio, niſi neſcio.

Si illi ſunt virgæ ruri: at mihi tergum domi eſt.

Act. 3. Sc. 1.

In pedes me continuo contuli.

Quem ſpes omnes reliquere, vt frugi eſſe poſſit.

Act.

Digitized by Google

Act. 3. ſc. 2.

Multis modis egomet mecum meditatus ſum.

Ingrato homine nihil impenſius eſt.

Act. 3. ſc. 3.

Nunc experiar, ſitne acetum tibi peracre in pectore.

Qui leniter ſæuiunt, ſapiunt magis.

Caueatur, ne quid præter æquum delinquat.

Curſu, luctando, haſta, diſco, pugillatu, pila, ſaliendo ſeſe exercebant.

Si vnam ſyllabam peccauiſſes: fieret corium tuum tam maculoſum, quam eſt nutricis pallium.

Alii nunc ſunt mores.

Ego illum periiſſe duco, cui quidem periit pudor.

In te onus hoc omne impono.

Act. 3. ſc. 4.

Mea illud nihilo pluris referet, quam ſi ad ſepulcrum mortuo dicat iocum.

Mea cauſſa dixit mendacium.

Act. 3. ſc. 5.

Ibo et viſam huc ad eum, ſi forte domi eſt.

Act. 3. ſc. 6.

Non placet mihi cœna, quæ bilem mouet.

Lingua factioſi reperiuntur, inertes opera, ſubleſta fide.

Sciens nugas loqueris.

Act.

Act. 4. ſc. 1.

Adi aƈtutum ad fores.

Comeſſe panem tres pedes latum potes: fores pultare neſcis?

Act. 4. ſc. 2.

Quid iſtuc? quæ iſtæc eſt pulſatio? quæ te mala crux agitat, qui ad iſtunc modum vires tuas alieno oſtio extentes? Fores pæne effregiſti.

Nucifrangibula excuſſit ex malis meis.

Aƈt. 4. ſc. 3.

Patri omne aurum reddidi, quod fuit præ manu.

Sat tute tuarum rerum agitas.

Aƈt. 4. ſc. 4.

Multipotens peƈtus habet: vbicumque vſus *eſt*, peƈtore expromit ſuo.

Peƈtus cui ſapit: bonus ſit bonis, malus ſit malis; vtcumque res ſit, ita animum habeat.

Patri omne cum ramento reddidi.

Ne interturba.

Ne exſurgatis, donec a me erit ſignum datum.

Vos veſtrum curate officium: ego efficiam meum.

Act. 4. ſc. 5.

Inſanum magnum molior negotium: metuoque, vt hodie poſſim emoliri.

Verſabo illum hodie, ſi viuo, probe.

Tam

Tam frictum illum reddam, quam frictum eſt cicer.

Act. 4. Sc. 6.

Ab tranſenna hic turdus lumbricum petit: pendebit hodie pulchre, ita intendit tenus.

Bene nauis agitatur: pulchre hæc ratis confertur.

Act. 4. Sc. 7.

Quid hæ loquuntur litteræ?

Bellerophontem me fecit.

Plus annis decem, plus iam viginti mortuum oportuit: terræ odium ambulat.

Fruſtra es.

Act. 4. Sc. 8.

Niſi ducenti Philippi redduntur mihi, illorum iam amborum animam oppido exſorbebo.

Ducentis Philippis rem pepigi.

Dabi*sne* ducentos nummos aureos Philippos probos?

Homo nihili.

Act. 4. Sc. 9.

Cuianam vox prope me ſonat?

Optimus orator ſum: ad lacrimas coegi hominem caſtigando.

Prius te cauiſſe, quam pudere, æquum fuit.

Iuſiurandum conceptis verbis dedi.

Nihil tibi quidquam conſilii hodie dabo:

ne-

Digitized by Google

neque committam, vt, ſi quid peccatum ſit, de mea ſententia feciſſe dicas.

Duæ conditiones ſunt: vtram tu accipias, vide.

Act. 4. ſc. 10.

Magis curæ eſt magisque adformido, ne is pereat, neu corrumpatur.

Ego fui illa ætate, et feci illa omnia: ſed more modeſto.

Act. 5. ſc. 1.

Quicumque vbique ſunt, qui fuere, quique futuri ſunt poſthac ſtulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones: ſolus ego omnes longe anteeo ſtultitia et moribus indoctis.

Hoc, hoc eſt, quod peraceſcit; hoc eſt demum, quod percrucior: me hoc ætatis ludificari, immo ſic ludos factum, cano capite atque alba barba miſerum me auro eſſe emunctum.

Pari fortuna vtimur.

Iube ſis actutum aperiri fores, niſi mauultis fores et poſtes comminui ſecuribus.

Act. 5. ſc. 2.

Quis ſonitu ac tumultu tanto nomine me nominat?

Ne balant quidem, quum a pecu cetero abſunt.

Niſi abeas, malum tibi magnum iam dabo.

Vi-

Vidi ego nequam homines: verum te neminem deteriorem.

X. MOSTELLARIA.

Act. 1. ſc. 1.

Quid tibi hic ante ædes clamitatio eſt? an ruri cenſes te eſſe?

Rus mihi tu obiectas.

Mei tergi hæc facio, non tui fiducia.

Non omnes poſſunt olere vnguenta exotica.

Act. 1. ſc. 2.

Sibi quisque inde exemplum expetunt.

Venit imber, lauit parietes, tigna perpluunt, putrefacit aer operam fabri.

Cor dolet, quum ſcio, vt nunc ſum atque vt fui.

Act. 1. ſc. 3.

Verum amo, verum volo dici mihi: mendacem odi.

Si dictis nequis perduci, vt vera hæc credas: mea dicta ex factis noſce.

Inſperata accidunt magis ſæpe, quam quæ ſperes.

Vix comprimor, quin inuolem illi in oculos.

Diesque noctesque eſtur, bibitur, neque quisquam perſimoniam adhibet.

Medullitus amare.

Pul-

Pulchrum ornatum turpes mores peius cœno collinunt.

Bene ratio accepti atque expenſi inter nos conuenit.

Act. 1. ſc. 4.

Effugi foras, ita me ibi male conuiuii ſermoniſque tæſum eſt.

Illi ego ex omnibus optime volo.

Act. 2. ſc. 1.

Nuſquam ſtabulum eſt confidentiæ; nec SALVS nobis ſaluti iam eſſe, ſi cupiat, poteſt:, ita mali mæroris montem maximum modo conſpicatus ſum.

Vbi id erit factum, a me argentum petito præſentarium.

Abſumti ſumus: pater tuus venit.

Occidi, ſi tu vera memoras.

Miſerum eſt opus, demum fodere puteum, vbi ſitis fauces tenet.

Abite hinc intro atque hæc hinc propere amolimini.

Madeo metu.

Pluma haud intereſt, patronus an cliens probior ſit homini, cui nulla in pectore eſt audacia.

Ludos ego hodie viuo præſenti hic ſeni faciam, quod credo mortuo numquam fore.

Speculabor hinc procul, vnde ſarcinam aduenienti ſeni imponam.

Digitized by Google

Act. 2. ſc. 2.

Non poteſt dici, quam indignum facinus feciſti et malum.

Circumſpice dum: num quis eſt, qui ſermonem noſtrum aucupet.

Act. 3. ſc. 1.

A mane ad noctem vsque in foro dego diem.

Daniſta adeſt, qui dedit argentum fenori.

Nihil eſt miſerius, quam animus hominis conſcius.

Næ ægo homo ſum miſer, ita et hinc et illinc mihi exhibent negotium.

Spes eſt de argento.

Continuo adueniens pilum inieciſti mihi.

Quin tu mittis iſtas tricas?

Scio te bona eſſe voce: ne clama nimis.

Gere morem mihi.

Redito huc circiter meridie.

Quid ego huc recurſem aut operam ſumam aut conteram?

Date mihi fenus.

Fenus illic, fenus hic: neſcit quidem niſi fenus fabulari veterator.

Nullum hodie genus hominum tætrius eſt nec minus bono cum iure, quam daniſticum.

Iterum iam ad ſaxum me fluctus ferunt.

Conſilia mea vndique oppugnas.

Huc

Huc conceſſero, dum mihi ſenatum conſilii in cor conuoco.

Act. 3. ſc. 2.

Prandium mihi perbonum dedit.

Non bonus ſomnus eſt de prandio.

Res mala in veſperum parata huic eſt.

Reperi, qui ſenem ducerem.

Vix tandem percepi, ſuper his rebus noſtris te loqui.

Muſice ætatem agitis.

Proſpere vobis cuncta vsque adhuc proceſſerunt.

Herus peregre venit.

Vſquequaque vmbra eſt.

Antiquum hoc tuum obtines, vt tardus ſis.

Simul flare ſorbereque haud facile eſt: ego hic eſſe et illic ſimul haud potui.

Quanti hosce emeras?

Tres minas pro iſtis duobus, præter vecturam, dedi.

Satis boni ſunt, ſi ſint inducti pice.

Sequere hac.

Equidem haud vsquam a pedibus tuis abscedam.

Act. 3. ſc. 3.

Num nimio emtæ tibi videntur?

Mihi denumerato: ego illi porro denumerauero.

At enim, ne quid captioni mihi ſit, ſi dederim tibi.

Digitized by Google

Act. 4. ſc. 1.

Vt ſerui volunt eſſe herum, ita ſolet eſſe: bonis boni ſunt; improbi, qui malus fuit.

Hoc die craſtini quum herus reſciuerit, mane caſtigabit eos bubulis exuuiis.

Minoris pendo tergum illorum, quam meum.

Act. 4. ſc. 2.

Abſtine iam ſermonem de iſtis rebus.

Heri et nudius tertius, quartus, quintus, ſextus vsque, numquam hic triduum in vnum deſitum eſt eſſe et bibi.

Vide ſis, ne forte ad merendam quopiam deuerteris atque ibi meliuſcule, quam ſatis fuerit, biberis.

Dapſiles ſumtus facit.

Act. 4. ſc. 3.

Num quid hodie noui proceſſit ad forum?

Fides ſeruanda eſt: ne inficias ire poſtules.

Indignis modis me hodie ludificatus eſt.

Act. 5. ſc. 1.

Qui homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non erit.

Alter hoc Athenis nemo doctior dici poteſt.

Verba dari illi non magis hodie quiſquam, quam lapidi, poteſt.

Adſum præſens præſenti tibi.

Ser-

Seruos ſuos omnes quæſtioni mihi dare pollicitus eſt.

Accipere ſeruos quæſtioni volo.

Nullam rem ſapis.

Tu neſcis, quam meticuloſa ſit res ire ad iudicem.

Pereat fame.

Omnia malefacta veſtra reperi radicitus.

Act. 5. ſc. 2.

Ego de ſodalitate ſolus ſum orator datus, qui a patre eius conciliarem pacem.

De cœna facio gratiam.

Fateor, abſente te fenori argentum ſumſiſſe.

Sapere iſtac ætate oportet, qui ſunt capite candido.

Illum prodire pudet in conſpectum tuum.

Scis, ſolere illam ætatem tali ludo ludere.

XI. MENAECHMI.

Prologus.

Salutem primum iam a principio propitiam mihi atque vobis nuntio.

Apporto vobis Plautum lingua, non manu: quæſo, vt benignis accipiatis auribus.

Argumentum accipite atque animum aduertite: in verba quam potero breuiſſima conferam.

Digitized by Google

Argumentum græciſſat: tamen non atticiſſat, verum ſiciliciſſat.

Ei nati ſunt gemini duo, ita forma ſimili pueri, vt mater ſua non internoſſe poſſet.

Puer inter homines aberrauit a patre.

Act. 1. ſc. 1.

Ex catenis ſe eximunt.

Numquam fugiet, tametſi capital fecerit.

Nullus melius medicinam facit.

Eſcæ maximæ adoleſcens eſt; cereales cœnas dat, ita menſas exſtruit, tantas ſtruices patinarias concinnat: ſtandum eſt, ſi quid de ſummo petas.

Act. 1. ſc. 2.

Perii: in inſidias deueni.

Litigium eſt tibi cum vxore.

Abs te mihi cautius caueo.

Dies iam ad vmbilicum eſt dimidiatus.

Næ tu, vt ego opinor, eſſes ſagittator probus.

Iubebo iam apparari prandium: inde vsque ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus.

Placide pulta.

Metuis, credo, ne fores Samiæ ſint (*id eſt, fictiles*).

Act. 1. ſc. 3.

Vterque potabimus, vter vbi melior bellator cantharo inuentus erit.

Ad mendicitatem ſe properant detrudere.

Iu-

Digitized by Google

Iube nobis apud te prandium accurari.

Act. 1. ſc. 4.

Adfer obſonium: tribus vide quod ſatis ſit, neque defiat, neque ſuperſit.

Act. 2. ſc. 1.

Si acum, credo, quæreres; acum, ſi appareret, inueniſſes iam diu: hominem mortuum inter viuos quæritamus; nam inueniſſemus iam diu, ſi viueret.

In ſcirpo nodum quæris.

Homo animi perditi.

Act. 2. ſc. 2.

Numero huc aduenis ad prandium.

Solet iocari ſæpe mecum illo modo.

Quod te vrget ſcelus, qui huic ſis moleſtus?

In iſto portu ſtat nauis prædatoria.

Recte mones.

Tum demum ſciam recte monuiſſe, ſi tu recte caueris.

Act. 2. ſc. 3.

Huic iſtuc, quod habes, marſupium oboluit.

Cantherino ritu ſomniat.

Facito, ante ſolis occaſum vt mihi aduerſum venias.

Act. 3. ſc. 1.

Plus triginta annis natus ſum.

Si id ita eſſet, non ego hodie perdidiſſem prandium.

Digitized by Google

Ibo: etiamnum reliquiarum ſpes animum meum oblectat.

Act. 3. ſc. 2.

Non tibi ſanum eſt ſinciput, vt intelligo.

Vxori omnem rem, vt geſta ſit, eloquar: omnes iſtæc in te contumeliæ recident.

Act. 3. ſc. 3.

Et iſtud et aliud, ſi quid curari volet, me curaturum dicito, quidquid volet.

Poſt tibi reddam duplex.

Act. 4. ſc. 1.

Hem, hac abiit: ſi vis perſequi veſtigiis.

Act. 4. ſc. 2.

Clientes ſibi omnes volunt eſſe multos: bonine an mali ſint, id haud quæritant.

Nequam habetur.

Frugi habetur.

Datum denegant, quod datum eſt: litium pleni, rapaces, viri fraudulenti, qui aut fenore aut periuriis habent rem paratam.

Mens eſt in querelis.

Nutat, ne loquar.

Non ego quidem vsquam quidquam nuto, neque nicto tibi.

Act. 4. ſc. 3.

Ne fruſtra ſis.

Me bene merentem tibi habes deſpicatui.

Act. 5. ſc. 1.

Nimis ſtulte feci, quum marſupium *tibi* cum argento concredidi.

Quid

Digitized by Google

Quid eſt? quæ res te agitat?

Etiamne impudens mutire vnum verbum audes?

Quid tandem admiſi in me, vt loqui non audeam?

Non iſtæc ego flagitia poſſum perpeti.

Aurum domo ſuppilas vxori tuæ.

Act. 5. ſc. 2.

Vt ætas mea eſt; gradum proferam, progredi properabo: ſed id quam facile ſit mihi, haud ſum falſus.

Pernicitas deſerit, conſitus ſum ſenectute, onuſtum corpus gero, vires reliquere.

Res plurimas peſſimas adfert: quas ſi autumem omnes, nimis longus ſermo ſit.

Hæc res mihi in pectore et corde dura eſt, quidnam hoc ſit negotii, quod filia ſic repente expetit me, vt ad ſeſe irem.

Propemodum iam ſcio, quid ſit rei: credo, cum viro litigium aliquod natum eſſe.

Ita iſtæc ſolent, quæ viros ſubſeruire ſibi poſtulant, dote fretæ, feroces: et illi quoque haud abſtinent ſæpe culpa. Verum eſt modus tamen, quoad pati vxorem oportet.

Filia numquam ad ſe arceſſit patrem, niſi aut quid commiſſi aut iurgii eſt cauſſa: ſed quidquid eſt, iam ſciam.

Neſcio, quid vos velitati eſtis inter vos duos.

Digitized by Google

Loquere, vter meruiſtis culpam, paucis: non longos logos.

Viuere hic non poſſum, neque durare vllo modo.

Quoties edixi tibi, vt caueres, neuter ad me iretis cum querimonia?

Quoties monſtraui tibi, viro vt morem geras?

Suppilat mihi aurum ex arcis: me deſpoliat.

Male facit, ſi iſtuc facit: ſi non facit, tu male factis, quæ inſontem inſimules.

Si ego intra ædes huius vmquam penetraui pedem, omnium hominum exopto vt fiam miſerorum miſerrimus.

Sanusne es, qui iſtuc exoptes: aut neges, te vmquam pedem in eas ædes intuliſſe, vbi habitas?

Vt oculi ſcintillant! Vide.

Vt pandiculans oſcitatur!

Ego illi oculos exuram lampadibus ardentibus.

Minatur mihi oculos exurere.

Ibo, adducam, qui hunc hinc tollant et domi deuinciant, priusquam turbarum quid faciat amplius.

Pugnis me vetas in huius ore quidquam parcere?

Securim ancipitem capiam atque hunc ſenem

Digitized by Google

nem exoſſabo: dein dedolabo aſſulatim viſcera.

Quis hic eſt, qui me capillo hinc de curru deripit?

Heu morbum acrem ac durum!

Ei derepente tantus morbus incidit.

Act. 5. ſc. 3.

Abierunt ex conſpectu meo.

Vos omnes quæſo, ſi ſenex reuenerit, ne me indicetis, qua platea hinc aufugerim.

Lumbi ſedendo, oculi exſpectando dolent, manendo medicum, dum ſe ex opere recipiat.

Formicinum gradum mouet.

Act. 5. ſc. 4.

Quid eſſet illi morbi, dixeras?

Num laruatus aut cerritus? Fac ſciam.

Num eum veternus aut aqua intercus tenet?

Sanum futurum, mea ego id fide promitto.

Magna cum cura ego illum curari volo.

Suſpirabo plus ſexcenties in die.

Act. 5. ſc. 5.

Næ hic dies peruerſus atque aduerſus mihi obtigit.

Quæ me clam ratus ſum facere, ea omnia fecit palam.

Cur tu apertas brachium (*id eſt, cur pandicularis*)?

Non tu ſcis, quantum iſti morbo tuo nunc mali facias.

Non

Digitized by Google

Non poteſt hæc res hellebori iugere obtineri.
Occeptat inſanire.
Audin tu, vt deliramenta loquitur?
Quid ceſſas dare potionis aliquid, priusquam percipit inſania?
Dic mihi: en vmquam tibi inteſtina crepant, quod ſentias?
Vbi ſatur ſum, nulla crepitant: quando eſurio, tum crepant.
Hoc quidem haud pro inſano verbum reſpondit mihi.
De illis verbis caue tibi.
Modeſtior nunc quidem eſt de verbis, præut dudum fuit.
Poſtquam natus ſum, numquam ægrotaui vnum diem.

Act. 5. ſc. 6.

Multo facilius verba patior: verbera ego odi.
Ego ita ero, vt me eſſe oportet: metum vt mihi adhibeam, culpam abſtineam, hero vt omnibus in locis præſto ſim.
Serui, qui culpa carent et metuunt, ii ſolent eſſe heris vtibiles: nam illi, qui nihil metuunt, poſtquam malum promeritum eſt, metuunt.
Metuo, ne ſero veniam depugnato prœlio.

Act. 5. ſc. 7.

Quid vultis vos? quid quæritatis? quid me

Digitized by Google

me circumſiſtitis? quo rapitis me? quo fertis me?

Quid ego oculis meis adſpicio? Herum meum indigniſſime, neſcio qui, ſublimem ferunt.

Ecquid ſuppetias mihi audet ferre?

Suppetias tibi tempore adueni.

Hæc nihilo mihi ſecius eſſe videntur, quam ſomnia.

Act. 5. ſc. 8.

Vt aduerſum huc venires mihi, imperaui.

Tu, quantum poteſt, præcucurriſti obuiam.

Act. 5. ſc. 9.

Hi ſunt gemini germani duo.

Ego hominem homini ſimiliorem numquam vidi alterum.

Neque aqua aquæ, neque lac lacti vsquam eſt ſimilius, quam hic tui eſt, tuque huius.

Septuennis *eram:* nam tum dentes mihi cadebant primulum.

Gaudeo, ſi quid propter me tibi euenit boni.

Auctionem hic faciam et vendam, quidquid eſt.

Vis conclamari, auctionem fore?

Auctio fiet mane: venibunt ſerui, ſupellex, fundi, ædes; omnia venibunt, quiqui licebunt, præſenti pecunia.

Vix, credo, tota auctione capiet quinquageſies.

XII.

Digitized by Google

XII. MILES GLORIOSVS.

Act. 1.

Curate, vt ſplendor meo ſit clipeo clarior, quam ſolis radii eſſe olim, quum ſudum eſt, ſolent: vt, vbi vſus veniat, oculorum aciem hoſtibus in acie præſtringat.

Legiones difflauiſti ſpiritu, quaſi ventus folia aut panniculam tectoriam.

Communicabo te ſemper menſa mea.

Quid in Cappadocia: vbi tu quingentos ſimul, ni hebes machæra foret, vno ictu occideres?

Videtur tempus eſſe, vt eamus ad forum.

Act. 2. ſc. 1.

Vbi ſumus in altum profecti: capiunt prædones nauem illam, vbi vectus fui.

Oculis mihi ſignum dedit, ne ſe appellarem.

Conqueritur mecum fortunas ſuas.

Ei facetis fabricis et doctis dolis glaucomam ob oculos obiiciemus: eumque ita faciemus, vt, quod viderit, non viderit.

Act. 2. ſc. 2.

Res palam eſt.

Os habet, linguam, perfidiam, malitiam atque audaciam.

Quid eſt, quod volutas tecum in corde?

Concrepuit digitis.

Capite nutat.

Vi-

Digitized by Google

Vigila, ne ſomno ſtude: niſi quidem hic agitari mauis varius virgis.

Intercludito mimicis commeatum: tibi muni viam, qua cibatus commeatusque ad te et legiones tuas tuto poſſit peruenire.

Cedo calidum conſilium cito.

Elephanti corio circumtentus eſt, non ſuo: neque habet plus ſapientiæ, quam lapis.

Abiit ambulatum.

Voci meæ moderabo.

Act. 2. ſc. 3.

Tu fortaſſe neſcis, apud nos facinus quod natum eſt nouum.

Duobus his egomet oculis meis vidi.

Non ego nunc emam vitam tuam vitioſa nuce.

Act. 2. ſc. 4.

Mihi haud falſum eueniat ſomnium, quod noctu hac ſomniaui.

Timeo, quid rerum geſſerim: ita dorſus totus prurit.

Act. 2. ſc. 5.

Deo laudes gratesque agam.

Quæ te intemperiæ tenent, qui me perplexo nomine appelles?

Falſum nomen poſſidere poſtulas.

Mihi iam crepabunt manus, malæ tibi: niſi me omittis.

Plus oportet ſcire ſeruum, quam loqui.

Abeo

Digitized by Google

Abeo a te, ne quid tecum conſilii commiſceam: tuæ mihi turbæ non placent.

Act. 2. Sc. 6.

Tune te expurges mihi, qui facinus tantum tamque indignum feceris?

Mihi ſupplicium virgarum de te dabitur longum diutinumque a mane ad veſperum.

Commerui malum.

Pulchre admonuiſti.

Numquam hominem quemquam ludificari magis facete vidi et magis miris modis.

Nunc demum ſcio, me fuiſſe excordem, cæcum, incogitabilem.

Ex vno puteo ſimilior numquam poteſt aqua aquæ ſumi, quam hæc eſt atque iſta hoſpita.

Nunc demum a me inſipienter factum eſſe arbitror, quum rem cognoſco: at non malitioſe tamen feci.

Hominem ſeruum domitos habere oportet oculos ſuos, et manus, orationemque.

Vincam animum meum, ne malitioſe factum id eſſe abs te arbitrer: ignoſcam tibi iſtuc.

Tu linguam comprimes poſthac: etiam illud, quod ſcies, neſciueris; ne videris, quod videris.

Bene me mones.

Num-

Numquam ex iſta naſſa ego hodie eſcam petam.

Aliquo aufugiam et me occultabo aliquot dies: dum hæ conſileſcunt turbæ atque iræ leniunt.

Certo ſcio, occiſam ſæpe multo plus ſapere ſuem, quum manducatur.

Act. 3. ſc. 1.

Cohibete vos parumper intra limen.

Sinite me prius proſpectare, ne vspiam inſidiæ ſint concilio, quod habere volumus.

Bene conſultum inconſultum eſt, ſi inimicis ſit vſui.

Speculabor, ne quis aut hinc a læua aut a dextra noſtro conſilio venator adſit auritis plagis.

Facile eſt imperium in bonis.

Haud ſum annos natus præter quinquaginta et quatuor: clare oculis video, pernix ſum manibus, ſum pedes mobilis.

Conuiua commodus ero: neque ego vmquam oblocutor ſum alteri in conuiuio.

Incommoditate abſtinere me apud conuiuas commode commemini, et meæ orationis iuſtam partem perſequi: et meam partem itidem tacere, quum aliena eſt oratio.

Minime ſputator, ſcreator ſum, itidem minime mucidus.

Y Ne-

Digitized by Google

Neque ego ad menſam publicas res clamo, neque leges crepo.

Neque præripio pulpamentum, neque præuerto poculum, neque per vinum vmquam ex me exoritur diſſidium in conuiuio.

Tui mores omnes ad venuſtatem valent.

Opusne tibi aduocato triſti, iracundo? ecce me. Opusne leni? leniorem dices, quam mutum eſt mare.

Prius, quam lucet, adſunt: rogitant, noctu vt ſomnum ceperim.

Bona mea inhiant.

Hoſpes nullus tam in amici hoſpitium diuerti poteſt, quin vbi triduum continuum fuerit, iam odioſus ſit. Verum vbi dies decem continuos immorabitur: tametſi dominus non inuitus patitur, ſerui murmurant.

Meo remigio rem gero.

Vbi cœna appoſita eſt, ſolent dicere: quid opus fuit hoc ſumtu tanto noſtra gratia?

Haud centeſimam partem dixi, atque, ſi ſit rei otium, poſſim expromere.

Age, habe animum bonum.

Act. 3. ſc. 2.

Quantas res turbo! quantas meueo machinas!

Quoniam æmulari non licet, nunc inuides.

Lepide hoc ſuccedit ſub manus negotium.

Act.

Act. 3. ſc. 3.

Nemo ſolus ſatis ſapit.

Lepido ornatu incedit.

Bene opportuneque obuiam es.

Bonus vates poteras eſſe: nam, quæ futura ſunt, dicis.

Si hodie hunc dolum dolamus: quid tibi ego mittam muneris?

Abeamus intro, vti hæc cogitate meditemur.

Act. 4. ſc. 1.

Procedit lepide et ex ſententia.

Tibi diuitiarum adfatim eſt.

Act. 4. ſc. 2.

Ego ſum tibi firma fide.

Adſum: impera, ſi quid vis.

Præceptis parebo.

Non hic inſulſum habet ingenium.

Nequeo riſu me admoderari.

Dicito docte et cordate: vt cor ei ſaliat.

Act. 4. ſc. 3.

Si voluntate nolet, vi extrudam foris.

Quos videre me exoptabam maxime, vna exeuntes video hinc e proximo.

Act. 4. ſc. 4.

Circumſpicite, ne quis ſit arbiter.

Lepide deruncinauit militem.

Non tu ſcis, quum ex alto puteo ſurſum ad ſummum eſcenderis, maximum periculum inde eſſe, a ſummo ne rurſum cadas.

Digitized by Google

Act. 4. ſc. 5.

Quod volui, impetraui per amicitiam et gratiam.

Iſtuc mihi acerbum eſt.

Act. 4. ſc. 6.

Ad læuam videto, limis oculis adſpicito: ne ille nos videre ſe ſentiat.

Ne parce voci, vt audiat.

Act. 4. ſc. 7.

Si iuxta eſt, eat: omnes moratur, nauim cupimus ſoluere.

Iam dudum res parata eſt.

Act. 4. ſc. 8.

Tibi ſalutem me iuſſerunt dicere.

Omnes bene valete et viuite.

Caue iſtuc feceris: dicent te mendacem, nec verum eſſe, fide nulla eſſe te.

Act. 4. ſc. 9.

Vbi vbi eſt gentium, inueſtigabo: operæ non parco meæ.

Act. 5.

Ducite iſtum: ſi non ſequitur, rapite ſublimem foras.

Iura, te nociturum eſſe homini hac de re nemini, quod tu hodie hic verberatus *es.*

Mitis ſum fuſtibus.

XIII. MERCATOR.

Prologus.

Pater ad mercatum me miſit Rhodum.

Bi-

Biennium iam factum eſt, poſtquam abii domo.

Quæ nihil attingunt ad rem, nec ſunt vſui: hæc profert ſæpe aduerſo tempore.

Vos mihi iraſci ob multiloquium non decet.

Tibi aras, tibi occas, tibi ſeris, tibi eidem metis: tibi denique labos iſte pariet lætitiam.

Quas merces vexeram, omnes, vt volui, ex ſententia vendidi: lucrum ingens facio, præter quam mihi meus pater dedit æſtimatas merces. Ita peculium grande conficio.

Act. 1.

Agedum, abige abs te laſſitudinem.

Res in periculo vertitur.

Ego animi pendeo, quid illud ſit negotii.

Hominem ego iracundiorem, quam te, noui neminem.

Philoſophari numquam didici, neque ſcio.

Cedo mihi dextram tuam.

Equidem iam me cenſebam eſſe in terra atque in tuto loco: verum video me ad ſaxa ferri ſæuis fluctibus.

Mihi ſcelus videtur, me parenti proloqui mendacium.

Act. 2. ſc. 1.

Nequeo inuenire, quam ad rem hoc pertinere ſomnium credam.

Digitized by Google

Act. 2. ſc. 2.

Negotium nobis exhibet.

Nec ſentit, nec ſapit.

Act. 2. ſc. 3.

Aliqua res mala mihi obiicitur, quæ bonum meum conſilium comprimit.

Muſca eſt: nihil poteſt illum clam haberi; nec ſacrum nec tam profanum quidquam eſt, quin ibi illico adſit.

Quid eſt iſtuc, quod tibi color immutatus eſt? numquid tibi dolet?

Act. 2. ſc. 4.

Cur ego viuo? cur non morior? quid mihi eſt in vita boni?

Toxico me morti dabo.

Non tu ſcis, quantum malarum rerum ſuſtineam.

Si ſanus ſim, non te mihi medicum expetam.

Auctarium adiicito.

Act. 3. ſc. 1.

Non didici baiulare, nec pecua ruri paſcere.

Animus rediit.

Act. 3. ſc. 2.

Adoleſcens quum ſis: tum, quum eſt ſanguis integer, rei tuæ quærendæ conuenit operam dare.

Act. 3. ſc. 3.

Quod opus eſt facto, facito, vt cogites.

Obſonium curamus, vt ſimus pulchre.

Act.

Digitized by Google

Act. 3. ſc. 4.

Sumne ego homo miſer, qui nusquam bene queo quieſcere? Si domi ſum, foris eſt animus: ſin foris ſum, animus domi eſt.

Si podagroſis pedibus eſſet, iam a portu rediiſſe potuit.

Id illi vitium maximum eſt, quod nimis tardus eſt.

Odioſa eſt oratio, quum rem agas, longinquum loqui.

Quidquid eſt, ad capita rerum perueni.

Omitte flere.

Tibi in manu eſt, quod credas: ego quod dicam, id mihi in manu eſt.

Corripuit ſe repente atque abiit.

Act. 4. ſc. 1.

Feci ingenium meum.

Nimium ſcis ſapere.

Act. 4. ſc. 2.

Si decem vocaſſet ſummos viros ad cœnam, nimium obſonauit.

Coquos, quaſi in mari remiges hortari hortator ſolet, ita hortabatur.

Act. 4. ſc. 3.

Manifeſto teneo: in noxia es.

Nimium negotii reperi.

Act. 4. ſc. 4.

Nunc ego verum illud verbum vetus eſſe experior: aliquid mali eſſe propter vicinum malum.

Non miror, ſi quid damni facis aut flagitii.

Act. 4. ſc. 5.

Gradus grandit, emittit oculos, circumfert ſe, obſtipat verticem.

Act. 4. ſc. 8.

Lege dura viuunt.

Vxor exigitur matrimonio.

Act. 5. ſc. 1.

Pedem hunc poſtremum hodie domo patria extollo.

Mores deteriores increbeſcunt in dies.

Act. 5. ſc. 2.

Date mihi celerem eius conueniendi copiam.

Abiicio ſuperbiam: egomet mihi comes, calator, equus, agaſo, armiger; egomet mihi imperator ſum; idem egomet mihi obedio; egomet mihi fero, quod vſus eſt.

Quemuis confidentem facile tuis factis facis: eumdem ex confidente actutum diffidentem denuo.

Neque mihi obſiſtet amnis, neque mons, neque adeo mare: nec calor*em*, nec frigus metuo, neque ventum, neque grandinem: imbrem perpetiar, laborem ſufferam, ſolem, ſitim: non concedam, neque quieſcam vsquam noctu neque interdius profecto prius, quam aut *amicum* aut mortem inueſtigauero.

Ne-

Digitized by Google

Neſcio, cuia vox ad aurem mihi aduolauit.
Male facis, qui me properantem commorare: ſol abit.
Ne paue: ego te iam reſtituam in gaudia.
Ego iſtum in tranquillo et tuto ſiſtam: ne time.
Amicior mihi nullus viuit, atque is eſt.
Inceptum hoc iter perficere exſequar.

Act. 5. ſc. 3.

Quaſi tu numquam quidquam adſimile huius facti feceris.
Totus in fermento iacet.

Act. 5. ſc. 4.

Optima opportunitate ambo adueniſtis.
Innocenti fecit iniuriam.
Vt aliter facias, non eſt copiæ.
Ora, vt ignoſcat delictis tuis atque adoleſcentiæ.
Spero ego, mihi quoque tale tempus euenturum, vt tibi gratiam referam parem.

XIV. PSEVDOLVS.

Act. 1. ſc. 1.

Quæ miſeriæ te tam miſere macerant?
Duorum ego hominum labori parſiſſem lubens: mei, te rogandi; et tui, reſpondendi mihi.

Nunc, quoniam id fieri non poteſt: neceſſitas me ſubigit, vt te rogitem.

Iuuabo aut re, aut opera, aut conſilio bono.

Prope adeſt exſilium mihi, niſi quid in te mihi eſt auxilii.

Non pluris refert, quam ſi imbrem in cribrum geras.

Act. 1. ſc. 2.

Non ego homines magis aſinos vmquam vidi, ita plagis coſtæ callent: quos dum ferias, tibi plus noceas.

Hæc habent conſilia: vbi data occaſio eſt; rape, clepe, tene, harpaga, bibe, es, fuge.

Hoc eſt eorum opus: vt malis lupos apud oues linquere, quam hos domi cuſtodes.

Ita vos eſtis perditi, negligentes, ingenio improbo, vt malo vos commoneri officium veſtrum cogatis.

Alias res agunt.

Hoc agite: hoc animum aduertite: huc adhibete aures, quæ ego loquar, plagigera genera hominum.

Numquam veſtrum durius tergum erit, quam terginum hoc meum.

Qui nunc? doletne? hem! ſic datur, ſi quis herum ſeruus ſpernit.

Hoc præcipio tibi, vt niteant ædes.

Mihi hodie natalis dies eſt: decet eum omnes vos concelebrare.

Ma-

Digitized by Google

Magnifice volo ſummos viros accipere, vt mihi rem eſſe reantur.

In munditiis, mollitiis deliciisque ætatulam agitis.

Tenes, quorſum hæc tendant, quæ loquor?

Act. 1. ſc. 3.

Ego pro me et pro te curabo.

Profecto inanilogus es.

Stultus es, rem actam agis.

In pauca, vt nunc occupatus ſum, confer, quid velis.

Siccine mihi bene merenti male abs te refertur gratia?

Extra portam currendum eſt.

Ex tua re non eſt, vt ego emoriar.

In pertuſum dolium dicta ingerimus, operam ludimus.

Pauci ex multis ſunt amici, homini qui certi ſint.

Act. 1. ſc. 4.

Optimum atque æquiſſimum oras.

Comprimenda eſt mihi vox atque oratio.

Act. 1. ſc. 5.

Id iam pridem ſenſi, et ſubolet mihi.

Occiſa eſt hæc res, hæret hoc negotium.

Obſæpta eſt via: præſenſit.

Probum patrem eſſe oportet, qui gnatum ſuum eſſe probiorem, quam ipſus fuerit, poſtulet.

Idne tu miraris, ſi patriſſat filius?

In-

Digitized by Google

Inſipientia eſt, ſic iram in promtu gerere.

Quanto ſatius eſt, adire blandis verbis atque exquirere, ſint illa, necne ſint, quæ tibi renunciant!

Bonus animus in mala re dimidium eſt mali.

Orationem tibi para aduerſum ſenem.

Statum vide hominis, quaſi baſilicum.

Sunt, quæ te volumus percontari, quæ quaſi per nebulam noſmet ſcimus atque audiuimus.

Conficiet iam te hic verbis: vt tu cenſeas non Pſeudolum, ſed Socratem tecum loqui.

Effectum hoc reddam hodie ad veſperum.

Hi inter ſe conſenſerunt aut de compacto faciunt conſutis dolis, qui me argento circumuertant.

Act. 2. ſc. 1.

Stultitia eſt, facinus magnum timido cordi credere.

Me et ſimul participes omnes meos præda onerabo atque opplebo.

Act. 2. ſc. 2.

Nouo conſilio nunc mihi opus eſt: noua res hæc mihi ſubito obiecta eſt.

Condus promus ſum, procurator peni.

Procudam hodie dolos multos.

Res rationesque heri curo, argentum accepto, expenſo, et, cui debet, dato.

Negotioſus eſt: res agitur apud iudicem.

Laſſus

Digitized by Google

Laſſus veni de via: me volo curare.
Somno operam dabo.

Act. 2. ſc. 3.

Ipſa mihi OPPORTVNITAS non potuit opportunius aduenire, quam hæcce allata mihi opportune epiſtola eſt.

Proinde vt quisque fortuna vtitur, ita præcellet: atque exinde ſapere eum omnes dicimus.

Bene vbi quod conſilium diſcimus accidisſe, hominem catum eum eſſe declaramus: ſtultum autem illum, cui vertit male.

Certa amittimus, dum incerta petimus.

Act. 2. ſc. 4.

Ecquid habet is homo aceti in pectore?
Prius illic erimus, quam tu.

Act. 3. ſc. 1.

Neſcio, quid rebus meis faciam.
Recipit ſe domum.

Act. 3. ſc. 2.

Incœnatus cubitum it.
Pro pretio facio, vt opera mea appareat.
Nimium tinnis: non places. Du machſt zu viel Worte.

Act. 4. ſc. 1.

Hem, te ego circumſpectabam: nimis male metuebam, ne abiiſſes.

Habe animum bonum: pulchre ego hanc rem tibi explicatam dabo.

Sic ego illum dolis atque mendaciis in timorem

rem dabo, vt ipſe neget ſeſe eſſe eum, qui ſit: meque vt eſſe autumet, qui ipſus eſt.

Dona tibi dabo, ſi hanc rem ſobrie accura-*ueris*.

Mera iam mendacia fundes.

Act. 4. ſc. 2.

Ego hic in inſidiis ero.

Vix decimus quisque eſt, qui ipſus ſeſe nouerit.

Act. 4. ſc. 3.

Metuo, ne mihi cornua obuertat.

Metuo hunc, ne deſerat me atque ad hoſtes transeat.

Act. 4. ſc. 4.

Flentem te facit.

Quid tu intus deſediſti?

Act. 4. ſc. 5.

Nunc demum mihi animus in tuto loco eſt, poſtquam iſte hinc abiit.

Deridebo hominem, ſi conuenero.

Act. 4. ſc. 6.

Bonane fide iſtuc dicis?

Act. 4. ſc. 7.

Nihili eſt, qui officium ſuum facere immemor eſt, niſi adeo monitus.

Contumeliam ſi dices: audies.

Hellaborum hisce hominibus eſt opus.

Reſponde hoc ſerio, quod te rogo.

Purus putus hic ſycophanta eſt.

Mi-

Digitized by Google

Mihi quoque ille cor perfrigefacit.
Hodie peregrinos abſoluam, cras agam cum ciuibus.
Certum eſt mihi emortualem facere ex natali die.

Act. 4. ſc. 8.

Bene ego illum tetigi.

Act. 5. ſc. 1.

Quid opus, me multas agere ambages?
Huc exii, crapulam dum amouerem.

Act. 5. ſc. 2.

Non te mei tergi miſereret, ſi hoc non hodie effeciſſem.
Erit, vbi te vlciſcar, ſi viuo.

XV. POENVLVS.

Prologus.

Domum abeant, vitent ancipiti periculo: ne et hic varientur virgis, et loris domi.

Act. 1. ſc. 1.

In tergo meo tres facile corios bubulos contriuiſti.

Act. 1. ſc. 2.

Modus omnibus in rebus optimnm eſt habitu.
Nimia omnia nimium hominibus ex ſe negotium exhibent.
Me iam decet cado vini veteris donari.

Ni-

Digitized by Google

Nihil reſpondes? Lingua huic excidit; vt ego opinor.

Non poteſt quæſtus conſiſtere, ſi eum ſumtus ſuperat.

Bono ingenio me eſſe ornat*um*, quam auro multo malo.

Aurum in fortuna inuenitur, natura ingenium bonum.

Lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant.

Nimia nos ſocordia hodie tenuit.

Et oleum et operam perdidi.

Proba merx facile emtorem reperit, tametſi in abſtruſo ſita eſt.

Bene promittit multa: ex multis omnia in caſſum cadunt.

Sine te prehendam auriculis.

Non ego homo trioboli ſum, niſi ego illi maſtigiæ oculos atque dentes exturbo.

Detinet nos de noſtro negotio.

Mox dabo, quum ab re diuina rediero.

Paucis verbis rem diuinam facito.

Act. 1. ſc. 3.

Pergin aures tundere?

Opus coniectore eſt, qui ſphingi interpres fuit.

Act. 2.

Quando id, quod ſat erat, ſatis habere noluit: ego pauſam feci. Sic ago, ſic me decet.

Res

Res ſerias omnes ex hoc die in alium extollo.

Act. 3. ſc. 1.

Tardiores ſunt, quam corbitæ in tranquillo mari.

Dedita opera.

Liberos homines modico per vrbem gradu ire magis par eſt: ſeruuli eſſe duco feſtinantem currere.

Per iocum hæc vobis dixi.

Per iocum itidem dictum habeto, quæ nos tibi reſpondimus.

Hoc cito et curſim eſt agendum.

Propera iam, quantum poteſt.

Act. 3. ſc. 2.

Intro abite: ne hic vos mecum conſpicetur, neu fallaciæ præpedimentum obiiciatur.

Act. 3. ſc. 3.

Conniuas volo reperire nobis commodos, qui vna ſint.

Iſtic theſaurus ſtultis in lingua ſitus eſt, vt quæſtui habeant male loqui melioribus.

Rex ſum, ſi ego illum hodie hominem ad me allexero.

Tuam rem tu ages, ſi ſapis.

Bonam dediſtis mihi operam.

Lucrum id ad me.

Blande hominem compellabo.

Digitized by Google

Act. 3. ſc. 4.

Age, accipe hoc ſis: hic trecenti nummi aurei numerati ſunt, qui vocantur Philippei.

Si exierit: cenſetis hominem interrogem, meus ſeruus ſi ad eum venerit nec ne?

Homo furti ſeſe adſtringit.

Act. 3. ſc. 5.

Vtcumque eſt ventus, exin velum vertitur.

Iam teneo, quid ſit.

Conſulto hoc factum eſt, vt mihi fierent inſidiæ.

Act. 3. ſc. 6.

Ita ſunt iſti noſtri diuites: ſi quid bene facias, leuior pluma eſt gratia; ſi quid peccatum eſt, plumbeas iras gerunt.

Act. 4. ſc. 1.

Exſpecto, quo pacto meæ technæ proceſſuræ ſint.

Quid habeat ſermonis, auſcultabo.

Act. 4. ſc. 2.

Quoduis genus ibi hominum videas, quaſi Acheruntem veneris: equitem, peditem, libertinum, furem ac fugitiuum velis. Qui habet, quod det: vt vt homo eſt, omnia genera recipiuntur.

Verba facit emortuo.

Male partum, male diſperit.

Neſcio, quid viri ſis.

Sine

Digitized by Google

Sine pennis volare haud facile eſt.
Scin tu herum tuum meo hero eſſe inimicum capitalem?
Hoc tu tecum tacitum habeto.
Ad incitas *me* rediget.
Nihil eſt, niſi, dum calet, hoc agitur.
Proba materies data eſt, ſi probum adhibes fabrum.
Id negotium inſtitutum eſt: non datur ceſſatio.

Act. 5. ſc. 1.

Hos percontabor, qui huc egrediuntur foras.

Act. 5. ſc. 2.

Incipere multo eſt, quam impetrare, facilius.
Plurimi ad hunc modum periere.
Fac linguam compeſcat.
Me heredem fecit, quum diem ſuum obiit.

Act. 5. ſc. 3.

Perduxit omnes ad ſuam ſententiam.

Act. 5. ſc. 4.

Si quidem amicitia eſt habenda, cum hoc habenda eſt.
Nunc ego ſum fortunatus: multorum annorum miſerias nunc hac voluptate ſedo.

Act. 5. ſc. 5.

Num tibi malæ aut dentes pruriunt, qui huic es moleſtus; an malam rem quæritas?

Digitized by Google

Si quid per iocum dixi, nolito in ſerium conuertere.

Act. 5. ſc. 6.

Eamus in ius.

Feſtum hunc diem habeamus hilarem.

XVI. PERSA.

Act. 1. ſc. 1.

Aerumnis ſuis ærumnas Herculis ſuperauit.

Qui ſeruus hero ſuo ſeruitutem bene vult ſeruire: næ illum multa in pectore ſuo collocare oportet, quæ hero placere cenſeat præſenti atque abſenti.

Ego nec libenter ſeruio, nec ſatis ſum hero ex ſententia.

Quid agitur?

Satin ex ſententia viuitur?

Mihi quidem tu iam eras mortuus, quia te non viſitaui.

Qua confidentia rogare tu a me argentum tantum audes, impudens?

Aquam a pumice poſtulas, qui ipſus ſitiat.

Da mihi operam hanc fidelem.

Act. 1. ſc. 2.

Numquam quiſquam meorum maiorum fuit, quin paraſitando pauerint ventres ſuos: pater, auus, proauus, abauus, atauus, tritauus, quaſi mures, ſemper edere cibum alienum; neque edacitate eos quiſquam poterat vincere.

Ape-

Digitized by Google

Aperiuntur ædes: remorandus eſt gradus.

Act. 1. ſc. 3.

Calefieri reliquias iuſſi.

Pernam frigidam poſtridie apponi ius eſt.

Ecquid meminiſti, qua de re ego tecum mentionem feceram?

Mane quod tu occeperis negotium agere, id totum procedit diem.

Oraui, vt nummos ſexcentos mihi dares vtendos mutuos.

Act. 2. ſc. 1.

Te ſector iam quintum hunc annum: quum interim, credo, cuculus ſi in ludum iret, potuiſſet iam fieri, vt probe litteras ſciret.

Act. 2. ſc. 2.

Satis hæc tibi plana ſunt et certa? ſatin hæc meminiſti et tenes?

Equidem ſi ſcis tute, quot habeas hodie digitos in manu: eo dem pignus tecum. *Reſp.* Audacter: ſi lubido eſt perdere.

Mitte male loqui.

Tuo ex ingenio mores alienos probas.

Act. 2. ſc. 3.

Egenti opem adferam.

Non ſomniabam, neque opinabar, neque cenſebam, eam fore mihi occaſionem: ea nunc quaſi de cælo decidit.

Id demum lepidum eſt: triparcos homines, vetulos, auidos, aridos bene admordere, qui ſalinum ſeruo obſignant cum ſale.

Virtus eſt, vbi occaſio admonet, diſpicere.
Mihi iam nihil noui offerri poteſt, quin ſim peritus.

Act. 2. ſc. 4.

Penſum meum, quod datum eſt, confeci.
Eueniant volo tibi, quæ optas.
Scis, quid hinc porro dicturus fuerim: ni linguæ moderari queam.

Act. 2. ſc. 5.

Inſpicere morbum tuum lubet.

Act. 3. ſc. 1.

Communicaui tecum conſilia omnia.
Si ad paupertatem admigrant infamiæ: grauior paupertas fit, fides ſubleſtior.

Act. 3. ſc. 2.

Concrepuit foris.

Act. 3. ſc. 3.

Id tibi ſuccenſui, quia te negabas credere argentum mihi.
Dum ſtas, reditum oportuit.

Act. 4. ſc. 1.

Si quam rem accures ſobrie aut frugaliter, ſolet illa recte ſub manus ſuccedere.
Ferme vt quisque rem accurat ſuam, ſic ei procedunt poſtprincipia denique.
Si malus aut nequam eſt, male res vertunt, quas agit: ſin autem frugi eſt, eueniunt frugaliter.
Hanc ego rem facete et callide exorſus ſum: igi-

igitur bene mihi prouenturam confido.

Act. 4. ſc. 2.

Illuc abscede procul e conſpectu.

Act. 4. ſc. 3.

Inſidiæ huic probe ſunt paratæ.
Ob iſtam rem tibi multa bona inſtant a me.
Faciam, vt mei memineris, dum vitam viuas.
Honores maximos mihi domi ſuæ habuit.
Ego tantumdem ſcio, quantum tu.
Fac ſilentium.

Act. 4. ſc. 4.

Si incolæ bene ſunt morati, pulchre munitum oppidum arbitror: perfidia et peculatus et auaritia ſi exſulant; quarta inuidia, quinta ambitio, ſexta obtrectatio, ſeptimum periurium, octaua indiligentia, nona iniuria; decimum, quod peſſimum adgreſſu, ſcelus. Hæc niſi inde aberunt, centuplex murus rebus ſeruandis parum eſt.
Ex tuo vſu eſt: eme *hoc*.
Cum optimis viris rem habebis.
Aut hoc emtore vendes pulchre, aut alio non potes.
Vin bene emere?
Quantum eſt adhibere hominem amicum, vbi quid geras!
Tibi ibidem das, vbi tu tuum amicum adiuuas.
Habet cor. Quam dicit, quod opus eſt!

Omne ego pro nihilo eſſe ducto, quod fuit, quando fuit.

De iſtoc rogare omitte.

Act. 4. ſc. 5.

Si quid bonis boni fit, eſſe idem et grahe et gratum ſolet.

Act. 4. ſc. 6.

Tu me commonuiſti haud male.

Act. 4. ſc. 7.

Credidi, gratum fore meum apud te beneficium.

Dictum ſapienti ſat eſt.

Act. 4. ſc. 8.

Næ ego tibi bonam hodie vitam feci.

Num quidpiam aliud me vis?

Act. 4. ſc. 9.

Age, ambula in ius.

Act. 5. ſc. 1.

Improbus eſt homo, qui beneficium ſcit ſumere et reddere neſcit.

Natalem meum agitemus amœnum. Date aquam manibus: apponite menſam.

Act. 5. ſc. 2.

Ne ſis vno me digito attigeris: ne te ad terram, ſcelus, adfligam.

At ego tibi hoc cyatho continuo oculum tuum excutiam.

Cor mihi vritur.

Da illi cantharum: exſtingue ignem, ſi cor vritur, caput ne ardeſcat.

Ludos me facitis, intelligo. Te

Digitized by Google

Te mihi dicto audientem eſſe addecet.
Probe referre inimico gratiam ſciunt.

XVII. RVDENS.

Prologus.

Qui gentes omnes, mariaque et terras mouet (*id eſt, deus*).
Quotidie ille ſcit, quis hic quærat malum.
Qui litem hic adipiſci poſtulant periurio, qui mali res falſas apud iudicem impetrant: iterum ille eam rem iudicatam iudicat; maiore multa multat, quam litem auferunt.
Bonos in aliis tabulis exſcriptos habet.
Hoc ſceleſti in animum inducunt, Iouem ſe placare poſſe donis, hoſtiis: et operam et ſumtum perdunt; id eo fit, quia nihil ſupplicii acceptum ei a periuris eſt.
Facilius, ſi qui pius eſt, a *deo* ſupplicans, quam qui ſceleſtus eſt, viam ſibi inueniet.
Iccirco moneo vos ego hæc, qui eſtis boni quique ætatem cum pietate et cum fide agitis: retinete porro, poſt factum vt lætemini.
Propter malitiam patria caret.
Dum alios ſeruat, ſe interim impediuit.
De naui deſiluerunt in ſcapham.

Digitized by Google

Act. 1. ſc. 1.

Ventus detexit villam.

Omnes de tecto tegulas deturbauit: illuſtriores facit, feneſtrasque indidit.

Act. 1. ſc. 2.

Mea deſidia ſpem deſerere nolui.

Niſi moleſtum eſt, paucis ex te percontari volo.

Nullum eſt periculum, te hinc ire impranſum domum.

Deſiluit in terram e ſcapha.

Act. 1. ſc. 3.

Nauem atque omnia in mari perdidit.

Quam ſpem aut opem, aut quid conſilii capeſſam?

Quæ mihi eſt ſpes, qua me viuere velim?

Act. 1. ſc. 4.

Quis hic loquitur prope?

Muliebris vox mihi ad aures meas venit.

Certo vox muliebris aures meas tetigit.

Conſequamur gradu vocem.

Siccine hic cum vuida veſte graſſabimur?

Act. 1. ſc. 5.

Vnde vos ire cum vuida veſte dicam?

Illico hinc imus haud longule ex hoc loco.

Tibi genua amplectimur egentes opum.

Act. 2. ſc. 1.

Omnibus modis miſeri viuunt, qui pauperes ſunt homines: præſertim quibus nec quæſtus eſt, nec didicere artem vllam:

vllam: neceſſitate, quidquid eſt domi, id ſat habendum eſt.

Cibum captamus e mari: ſin euentus non venit, neque quidquam piſcium captum eſt; ſalſi lautique pure domum redimus clamculum, dormimus incœnati.

Act. 2. Sc. 2.

Factum eſt, quod ſuſpicabar.

Data verba hero ſunt: ſceleſtus abiit exſulatum.

Act. 2. Sc. 3.

Cuia vox mihi ad aures aduolauit?

Videmus ad ſaxa nauem ferri.

Properans exſolui reſtim.

Fur facile, quem obſeruet, videt: cuſtos, qui fur ſit, neſcit.

Multa præter ſpem ſcio multis bona eueniſſe. *Reſp.* At ego etiam, qui ſperauerint, ſpem decepiſſe multos.

Animus æquus optimum eſt ærumnæ condimentum.

Act. 2. Sc. 4.

Quis eſt, qui foribus noſtris tam proterue facit iniuriam?

Act. 2. Sc. 5.

Metuo, ne mihi inſidias locet.

Act. 2. Sc. 6.

Qui homo ſeſe miſerum et mendicum volet, Neptuno credat ſeſe atque ætatem ſuam.

Quo

Quo, malum, properas? Nam equidem te nequeo conſequi tam ſtrenue.

Quis me viuit mortalis miſerior?

Salſam præbet potionem et frigidam.

Vt fortunati ſunt fabri ferrarii, qui apud carbones adſident! Semper calent.

Act. 2. ſc. 7.

Obſecro, hoſpes: da mihi aliquid loci, vbi condormiſcam.

Iſtic, vbi vis, condormiſce: nemo prohibet, publicum eſt.

Tibi ego numquam credam, niſi accepto pignore.

Act. 3. ſc. 1.

Hac nocte, quæ præceſſit, proxima mirum atque inſcitum ſomniaui ſomnium.

Act. 3. ſc. 2.

Statuite exemplum impudenti.

Proripite hominem pedibus huc itidem quaſi occiſam ſuem.

Nimis velim improbiſſimo homini malas edentauerint.

Act. 3. ſc. 3.

Deſiſte dictis iam nunc me conſolari: niſi quid te præſidium apparas, acta hæc res eſt.

Metus membra occupat.

Act. 3. ſc. 4.

Pugnum in os impinge.

In carcerem te compingi æquum eſt.

Vi

Vi agis mecum.
Oculos tibi eripiam.

Act. 3. ſc. 5.

Curate hæc magna diligentia.

Act. 3. ſc. 6.

Agitato hic cuſtodiam.
Ibo, vt ei aduocatus ſim.

Act. 4. ſc. 1.

Seruus quid rerum gerat, miror.
De nocte abiit piſcatum ad mare.
In digitis hodie percoquam, quod ceperit: ita fluctuare vehementer mare video.
Aures meas opplebit variloquentia ſua.
De nocte multa impigreque exſurrexi.
Vigilare decet hominem, qui ſua tempori officia vult conficere.
Qui dormiunt libenter, ſine lucro et cum malo quieſcunt.

Act. 4. ſc. 3.

Bonis quod bene fit, haud perit.
Vbi demiſi rete atque hamum; quidquid hæſit, extraho.
Verba facimus: it dies.
Sine me hinc abire: tu abi tacitus tuam viam.

Act. 4. ſc. 5.

Habeo, non habeo: quid tu me curas, quid rerum geram?
Quomodo habeas, illud refert: iurene anne iniuria.

Hic,

Hic, niſi de opinione, certum nihil dico.
Scelerum caput, vt tute es, ita omnes eſſe cenſes?
Abſtine maledictis et mihi, quod rogaui, dilue.
Non ego te comprimere poſſum ſine malo?
Ius merum oras, meo quidem animo.
Ius bonum oras.
Reſponde ex ordine.
Volupe eſt, quum iſtuc ex pietate veſtra vobis contigit.
Operam promiſcuam damus.
Quid melius eſt, quam vt hinc intro abeam et me ſuſpendam clamculum: ſaltem tantisper, dum abscedat hæc a me ægrimonia.

Act. 4. ſc. 5.

Ego hodie, qui neque ſperaui neque credidi, ex improuiſo filiam inueni tamen.

Act. 4. ſc. 6.

Deus auxit noſtram familiam.
Iam hic ero: tu interibi adorna ceterum, quod opus eſt.

Act. 4. ſc. 7.

Nimis ſancte pius es.
In ætate hominum plurimæ fiunt tranſennæ, vbi decipiuntur dolis.
Semper cauere hoc ſapientes æquiſſimum eſt, ne conſcii ſint ipſi maleficiis ſuis.
Spectaui ego pridem comicos ad iſtum modum

dum ſapienter dicta dicere; atque iis plaudi, quum illos ſapientis mores populo monſtrabant: ſed quum inde domum ſuam diuerſi quisque ibant; nullus erat illo pacto, vt illi iuſſerant.

Abi intro, ne moleſtus: linguæ tempera.

Act. 4. ſc. 8.

Iterum mihi iſtæc omnia itera.

Duc me, mi patrone, quo libet.

Act. 5. ſc. 1.

Quis me eſt mortalium miſerior, qui viuat alter hodie?

Act. 5. ſc. 2.

Numquam hodie ad veſperam *me* vinum inſpiciatis, niſi vidulus mihi redditur.

Vna littera plus ſum, quam medicus.

Tum tu mendicus es? *Reſp.* Tetigiſti acu.

Papæ! diuitias tu quidem habuiſti luculentas.

Miſerum iſtuc verbum et peſſimum eſt, habuiſſe et nihil habere.

Eloquere, quantum poſtules. *Reſp.* Quo nihil inuitus addas, talentum magnum: non poteſt triobolum hinc abeſſe. Proin tu vel aias, vel neges.

Act. 5. ſc. 3.

Palam age: nolo murmur vllum neque ſuſurrum fieri.

Fiat: conditio placet.

XVIII.

Digitized by Google

XVIII. STICHVS.

Act. 1. ſc. 1.

Noſtrum officium nos facere æquum eſt: neque id magis facimus, quam nos monet pietas.

Hæ res vitæ me ſaturant.

Iſtæc ioculo dicit.

Omnes ſapientes ſuum officium æquum eſt colere et facere.

Ego te hoc moneo, vt tuum memineris officium.

Faciendum id nobis, quod parentes imperant.

Propemodum iam oſtendit ſuam ſententiam.

Quæramus, quid nobis facto vſus ſit.

Act. 1. ſc. 2.

Qui manet, vt moneatur ſemper officium ſuum; nec voluntate id facere meminit: ſeruus is habitu haud probus eſt.

Quum ego reuertor, bubulis vos monumentis commonefaciam.

Non homines habitare mecum hic videntur mihi, ſed ſues.

Pati nos oportet, quod ille faciat, cuius poteſtas plus poteſt.

Quid mihi opus eſt decurſo ætatis ſpatio cum eis bellum gerere: quum nihil, quam ob rem faciam, meruiſſe arbitrer? Minime: nolo turbas. Sed hoc mihi optimum

factu

factu arbitror: principium ego quo pacto cum illis occipiam, id ratiocinor.

Adſimulabo, quaſi aliquam culpam in ſe admiſerint.

Mihi auctores ita ſunt amici, vt vos hinc abducam domum. *Reſp.* At enim nos, quarum res agitur, aliter auctores ſumus.

Placet ille meus mihi mendicus: ſuus rex reginæ placet. Idem animus eſt in paupertate, qui olim in diuitiis fuit.

Imperium patris perſequi.

Curate rem familiarem, vt poteſtis, optime.

Act. 1. ſc. 3.

Famem fuiſſe mihi matrem ſuſpicor: nam poſtquam natus ſum, ſatur numquam fui.

Si ridiculum hominem quæret quiſpiam; venalis ego ſum cum ornamentis omnibus.

Gelaſimo nomen paruo mihi pater indidit: quia inde iam a pauxillo puero ridiculus fui.

Paupertas fecit, ridiculus forem: nam illa omnes artes perdocet, vbi quem attigit.

Acrius eſurio.

Nulli negare ſoleo, ſi quis eſum me vocat.

Ne grauare.

Damna maxima euenerunt miſero mihi.

Præ mærore atque ægritudine conſenui: pæne ſum fame emortuus.

Digitized by Google

Auctionem facere decretum eſt mihi: foras neceſſum eſt, quidquid habeo, vendere.

Act. 2. ſc. 1.

Benefactum maiorum tuorum exauge.

Grande gaudium adfero.

Heram ex mærore eximam.

Fores, facite, vt pateant: remouete moram.

Nimis hæc res ſine cura geritur.

Quam dudum hic adſto et pulto! Somnone operam datis? Experiar, fores, an cubiti, an pedes plus valeant.

Tua quod nil refert, ne cures.

Act. 2. ſc. 2.

Omnia membra laſſitudo mihi tenet: ita celeri curriculo fui propere a portu.

Efferte huc ſcopas ſimulque arundinem: vt operam omnem aranearum perdam et texturam improbam, deiiciamque earum omnes telas.

Alii ligna cædite: alii piſces depurgate, quos piſcator attulit.

Hic homo nimium ſapit.

Non vendo logos.

Mihi obtigit hereditas.

Reuertam hoc, quod modo conuerti.

Huc citus præcucurri, vt nuntiarem nuntium exoptabilem.

Act. 3. ſc. 1.

Lucris rem quadruplicauit.

Videte, quæſo: quid poteſt pecunia!

Ca-

Cadum vini veteris propino tibi.

Act. 3. ſc. 2.

Auſpicio hodie optimo foras exiui.
Præ lætitia lacrimæ præſiliunt mihi.
Propino tibi ſalutem plenis faucibus.
Scis, me eſſe imi ſubſellii virum.

Act. 4. ſc. 1.

Pax commerciumque vobis mecum eſt.
Vt cuique homini res parata eſt, firmi amici ſunt: ſi res laſſa labat, itidem amici collabaſcunt. Res amicos inuenit.
Qua lege licuit, velle dixit fieri.
Gratulabor veſtrum aduentum filiis.
Fouebo ſenectutem meam.
Ecce tibi lupum in ſermone.

Act. 4. ſc. 2.

Cum amicis iam deliberaui.
Mihi auctores fuere, vt egomet me hodie iugularem fame.
Mea cauſſa ſumtum fecit.
Illic homo tuam hereditatem inhiat, quaſi eſuriens lupus.
Per hortum tranſibo: non prodibo in publicum.
Arte poteris accubare? *Reſp.* Tantillum loci, vbi catellus cubet: id mihi ſat eſt loci.
Ita ingenium meum eſt: quicumuis depugno multo facilius, quam cum fame.

Digitized by Google

Non ego hoc committam, vt homines me fame mortuum dicant.

Act. 5. ſc. 1.

Stulte hoc fit, mea ſententia.

Ego ſolus decumbam, ſi ille huc non venit.

Act. 5. ſc. 2.

Feciſti facetias, quum hoc dono ſeruum tuum donauiſti.

Fero conuiuam mihique et tibi.

Act. 5. ſc. 3.

Quid ego hinc exeam, faciam vos certiores.

Lectis ſternendis ſtuduimus munditiisque apparandis.

Act. 5. ſc. 4.

Hoc conuiuium pro opibus noſtris ſatis eſt commodule, nucibus, fabulis, ficulis, olea in tryblio, lupilli comminuto cruſtulo. Sat eſt.

Suum quemque decet.

Propino tibi cantharum.

Impetrare oportet, quia æquum poſtulas.

Act. 5. ſc. 5.

Date mihi locum, vbi accumbam.

Act. 5. ſc. 6.

Infla buccas.

Redde cantionem nouam pro vino veteri.

Act. 5. ſc. 7.

Nunc iam ſaltatum ſatis pro vino eſt.

XIX.

Digitized by Google

XIX. TRINVMMVS.

Prologus.

Ne quis erret veſtrum, paucis in viam deducam.
Adeſte cum ſilentio.

Act. 1. *ſc.* 1.

Nimium hic morbus inuaſit bonos mores: ita plerique omnes iam ſunt intermortui. Sed dum illi ægrotant: interim mores mali, quaſi herba irrigua, ſuccreuerunt vberrime.
Haud quidquam hic vile nunc eſt, niſi mores mali: eorum licet iam meſſem metere maximam.
Remoram faciunt rei priuatæ et publicæ.

Act. 1. *ſc.* 2.

Proinde vt bene viuitur, diu viuitur.
Aufer ridicularia.
Omnes bonos accurare addecet, ſuſpicionem et culpam vt ab ſe ſegregent.
Suſpicio eſt in pectore alieno ſita.
Male dictitatur tibi vulgo in ſermonibus.
Hæc quum audio in te dici, excrucior.
Circumſpice te, ne quis nobis adſit arbiter: et quæſo, identidem circumſpice.
Id ſolus ſolum per amicitiam et fidem flens me obſecrauit, ſuo ne gnato crederem,

neue cuiquam, vnde ad eum poſſit permanaſcere.

Me abſente atque inſciente, inconſultu meo, ædes haſce venales inſcribit litteris.

Omnia ſe ſcire ſimulant, nec quidquam ſciunt. Quod quisque in animo habet aut habiturus eſt, ſciunt. Sciunt id, quod in aurem rex reginæ dixerit: ſciunt, quod Iuno fabulata eſt cum Ioue: quæ neque futura, neque facta ſunt, tamen illi ſciunt.

Act. 2. ſc. 1.

Egomet me concoquo, et macero, et defagito.

Act. 2. ſc. 2.

Quo illic homo foras ſe penetrauit ex ædibus?

Noui ego hoc ſæculum, quibus ſit moribus: malus bonum malum eſſe vult, vt ſit ſui ſimilis.

Mores maiorum laudant: eosdem lutulant, quos collaudant.

Meo modo et moribus antiquis viuito.

Tu ſi animum viciſti potius, quam te animus: eſt, quod gaudeas.

Sarta tecta præcepta tua vsque habui mea modeſtia.

Quid exprobras? Bene quod feciſti: tibi feciſti, non mihi.

Is

Is probus eſt, quem nón pœnitet, quam probus ſit et frugi bonæ.

Qui ipſus ſibi ſatis placet: nec probus eſt, nec frugi bonæ.

Qui ipſus ſe contemnit, in eo eſt indoles induſtriæ.

Minus caute et cogitate rem ſuam tractauit.

Pudere, quam pigere, præſtat totidem litteris.

Bene ſi amico feceris, ne pigeat feciſſe: vt potius pudeat, ſi non feceris.

Loquere audacter patri.

Hoc pacto ab illo inibis ſummam gratiam.

Grauius erit tuum vnum verbum ad eam rem, quam centum mea.

Act. 2. ſc. 3.

Non optima hæc ſunt: verum meliora, quam quæ deterrima.

Act. 2. ſc. 4.

Minus quindecim dies ſunt, quum pro hisce ædibus minas quadraginta accepiſti.

Prius cautum oportuit.

Nequam illud verbum eſt, BENE VVLT: niſi qui bene facit.

Mearum rerum me nouiſſe æquum eſt ordinem.

Adfinitatem vobis aliam quærite.

Oculum ego effodiam tibi, ſi verbum addideris.

Digitized by Google

Verecundari neminem apud menſam decet.

Decedam ego illi de via.

Admodum in ambiguo eſt.

Act. 3. Sc. 1.

Propemodum quid illic feſtinet, ſentio et ſubolet mihi.

Nimium difficile eſt, reperiri amicum, cui quum rem tuam credideris, ſine omni cura dormias.

Celeri gradu eunt vterque.

Act. 3. Sc. 2.

Tu mihi es melior, quam egomet mihi?

Sat ſapio: ſatis, quæ ſint in rem meam, ego mihi conſpicio.

Nullum beneficium eſſe duco id, quod, cui facias, non placet.

Retineri nequeo, quin dicam ea, quæ promeres.

Tibi pater auusque facilem fecit et planam viam ad quærendum honorem: tu feciſti, vt difficilis foret, culpa maxime et deſidia tuisque ſtultis moribus.

Te hoc pacto poſſe obtegere errata? Ah! non ita eſt.

Cape virtutem animo, et corde tuo expelle deſidiam.

In occulto iacebis.

Is eſt honos homini, meminiſſe officium ſuum.

Scio te, vt animatus ſis: video, ſubolet, ſentio.

Fa-

Digitized by Google

Facile palmam habes.
I hac mecum domum: ibi de iſtis rebus plura fabulabimur.
Nihil ego in occulto agere ſoleo: meus vt animus eſt, eloquar.
Quid ego nunc agam: niſi vt ſarcinam conſtringam, et clipeum ad dorſum accommodem, *et* fulmentas iubeam ſuppingi ſoccis.
Siſti non poteſt.
Ad forum ibo: cui talentum nudius ſextus mutuum dedi, repoſcam; vt habeam, quod mecum feram, viaticum.

Act. 3. Sc. 3.

Honeſte fieri ferme non poteſt, vt eam perpetiar ſine dote in matrimonium ire, quum eius rem penes me domi habeam.
Hoc ego vereor, ne iſtæc pollicitatio in crimen te populo atque infamiam ponat.
Scitum, vt ego opinor, conſilium inueni.
Ferat epiſtolas duas: eas nos conſignemus, quaſi ſint a patre.
Epiſtolas quando obſignatas adferet: nonne arbitraris adoleſcentem annuli paterni ſignum nouiſſe?
Sexcentæ ad eam rem cauſſæ poſſent colligi.
In huiusmodi negotio diem terere, ſegnities mera eſt.
Quid nunc ſtas? quin te hinc amoues et te moues?

Digitized by Google

Nimis longo ſermone vtimur.

Act. 4. ſc. 1.

Hanc tuam gloriam iam ante auribus acceperam.

Scis ordine, vt æquum eſt, tractare homines.

Act. 4. ſc. 2.

Videſ*ne*, egeſtas quid mali negotii dat homini miſero!

Ad noſtras ædes hic quidem habet rectam viam.

Multa ſimul rogitas: neſcio, quid potiſſimum expediam.

Agedum, nomen tuum mihi memora.

Mihi quoque, quum hic nugatur, contra nugari lubet.

E manibus dedit mihi ipſe in manus.

Sesquipede quidem eſt, quam tu, longior.

Verſabatur mihi in labris primoribus.

Fieri iſtuc ſolet, quod in manu teneas atque oculis videas, id deſideres.

Coniectura poſſumus reperire.

Intra labra atque dentes latuit vir minimi pretii.

Ne male loquare abſenti amico.

Nihil disconducit huic rei.

Nimium graphicum hunc nugatorem!

Huic, ſi capitis res ſit, nummum numquam credam plumbeum.

Hic homo mihi aſtu adgrediendus eſt.

Tribus te verbis volo.

Quem

Quem ementitus es, ego ipſus ſum.
Ergo ipſusne es? *Reſp.* Ipſiſſimus.
Iam dudum pectus meum ille aculeus pungit, quid illi negotii fuerit ante ædes meas.
Epiſtola illa mihi metum in corde concenturiat.

Act. 4. ſc. 3.

Adde gradum, appropera.
Caue ſis, ne bubuli in te cottali crebri crepent.
Nunc mores nihil faciunt, quod licet, niſi quod lubet: ambitio iam more ſancta eſt, libera eſt a legibus.
Mores leges perduxerunt iam in poteſtatem ſuam.
Leges mori ſeruiunt.
Mores rapere properant, qua ſacrum, qua publicum.
Male fidem ſeruando illis quoque abrogant etiam fidem, qui nihil meriti: quippe ex eorum ingenio ingenium horum probant.
Si quis mutuum quid dederit, fit pro proprio perditum. Quum repetas, inimicum amicum beneficio tuo inuenis.
Quid id ad me attinet, bonisne ſeruis tu vtare an malis?
Per maria maxima capitali periculo vectus ſum,

ſum, per prædones plurimos me ſeruaui, ſaluus redii.
Aegritudo mihi animum adimit.

Act. 4. ſc. 4.

Portitori iam ſolutum eſt portorium.
Hic hero meo amicus ſolus firmus reſtitit, neque demutauit animum de firma fide.
Hic vnus fidem ſeruat.

Act. 5. ſc. 1.

Gaudiis gaudium ſuppeditat.
Nunc mihi is propere conueniendus eſt.
Fores hæ ſonitu ſuo incommode mihi moram obiiciunt.

Act. 5. ſc. 2.

Exædificaſſet me ex his ædibus, absque te foret.
Non videor meruiſſe laudem: culpa caruiſſe arbitror.
Collaudo conſilium et probo.
Sermonem vereor interrumpere.
Tunica propior pallio eſt.
Id mea voluntate factum eſt.
Sine me hoc abs te impetrare, quod volo.
Quid quaſſas caput?
Cruciatur cor mihi et metuo.
Non grauabor: faciam ita, vt vis.
Propere eum conuentum volo.
Tu in perendinum paratus ſis.

XX.

Digitized by Google

XX. TRVCVLENTVS.

Prologus.

Sine mora.
Huius ſæculi mores in ſe poſſidet.

Act. 1. ſc. 1.

Me fuiſſe huic fateor ſummum atque intimum.
Me loco amouit.

Act. 1. ſc. 2.

Rem perdidi apud vos.
Peruerſe interpretaris.
Male vertit res pecuaria mihi apud vos.
Qui alterum incuſat probri, eum ipſum ſe intueri oportet.
Certe quam veterrimus homini optimus eſt amicus.
In melle lacteque ſunt ſitæ linguæ veſtræ atque orationes: corda felle ſunt lita atque acerbo aceto.
E linguis dicta dulcia datis: corde amare facitis.
Se vnum ex omnibus ornat.

Act. 2. ſc. 1.

Nunc meo arbitratu libere loquar, quæ volam et quæ lubebit.
Apud hunc conſilia ſumma libere eloquitur: magisque adeo ei conſiliarius hic amicus eſt, quam auxiliarius.

Actu-

Digitized by Google

Actutum fortunæ ſolent mutari: varia vita eſt.

Act. 2. ſc. 2.

Quis illic eſt, qui tam proterue ædes noſtras arietat?

Ego hic te, quaſi ſus catulos, pedibus proteram.

Rus tu mihi opprobras?

Ni abire hinc grandi gradu properas: iam ego iſtos fictos, compoſitos, criſpos, cincinnos tuos vnguentatos vsque ex cerebro expellam.

Erubui propter clamorem tuum.

Act. 2. ſc. 3.

Quid iam me reuocabas, improbe nihilique homo?

Me nemo reſpiciet, vbi iſte venerit.

Act. 2. ſc. 4.

Non bibere iam poſſum: ita animo male eſt.

Vtinam a principio rei meæ parſiſſem.

Ad quæſtum ſuum eſſe callidum.

Act. 2. ſc. 5.

Haud multo poſt, credo, aderit.

Act. 2. ſc. 6.

Pluris eſt oculatus teſtis vnus, quam auriti decem: qui audiunt, audita dicunt; qui vident, plane ſciunt.

Facile ſibi facunditatem virtus argutam inuenit.

Act.

Digitized by Google

Act. 2. ſc. 7.

Bona ſua pro ſtercore habet.
Stabulum flagitii *es*.
Traxit ex intimo ventre ſuſpirium.
Dentibus frendit.
Iam ego te hic agnum faciam et medium distruncabo.

Act. 2. ſc. 8.

Mihi de vento caput condoluit.
Suſtulit animos.

Act. 3. ſc. 1.

Rus mane dudum hinc ire me iuſſit pater, vt bubus glandem prandio depromerem.

Act. 3. ſc. 2.

Nouos mores habeo, veteres perdidi.

Act. 4. ſc. 1.

Ad me magna hodie gaudia nuntiauit.
Omnia agam precario.

Act. 4. ſc. 2.

Stultus es, qui facta infecta facere verbis poſtules.
Malim mihi inimicos inuidere, quam me inimicis meis: nam inuidere, alii bene eſſe, tibi male eſſe, miſeria eſt.
Qui inuident, egent: illi, quibus inuidetur, rem habent.
Si ſtimulos pugnis cædis, manibus plus dolet: de nihilo eſt iraſci illi, *qui* te non flocci facit.

Act.

Digitized by Google

Act. 4. ſc. 3.

Colubrino ingenio eſtis.

Ne duplices habeatis linguas.

Vis ſubegit verum fateri: ita lora lædunt brachia.

Plus poteſt, qui plus valet.

Lapideus ſum: commouere me miſer non audeo.

Res omnis palam eſt: meo nunc capiti illic fiunt comitia.

Neque viuus, neque mortuus ſum: neque, quid nunc faciam, ſcio.

Fecit omnem rem palam.

Act. 4. ſc. 4.

Cogitato, mus puſillus quam ſapiens ſit beſtia, qui vni cubili numquam committit ætatem ſuam: quia ſi vnum oſtium obſideatur, aliud perfugium gerit.

Otium vbi erit; de iſtis tum amplius tecum loquar.

Verum eſt verbum, quod memoratur: vbi amici, ibidem opus.

Act. 5.

Nihil fit: teritur dies.

Corrumpor ſitu: ita miſer cubando in lecto hic exſpectando obdurui.

Omnes homines ad ſuum quæſtum callent et faſtidiunt.

PHÆ-

Digitized by Google

PHAEDRI FABVLAE POTIORES ATQVE VTILIORES.

LIBER I.

PROLOGVS.

AESOPVS auctor quam materiam repperit,
Hanc ego poliui verſibus ſenariis.
Duplex libelli dos eſt: quod riſum mouet,
Et quod prudenti vitam conſilio monet.
Calumniari ſi quis autem voluerit,
Quod arbores loquantur, non tantum feræ:
Fictis iocari nos meminerit fabulis.

FABVLA I.

Lupus et agnus.

Ad riuum eumdem lupus et agnus venerant,
Siti compulſi. Superior ſtabat lupus,
Longeque inferior agnus. Tunc fauce improba
Latro incitatus iurgii cauſſam intulit:
Cur, inquit, turbulentam mihi feciſti aquam
Iſtam bibenti? Laniger contra timens,
Qui poſſum, quæſo, facere, quod quereris, lupe?
A te decurrit ad meos hauſtus liquor.
Repulſus ille veritatis viribus,
Ante hos ſex menſes, ait, malediximi mihi.
Reſpondit agnus: Equidem natus non eram.
Pater hercule tuus, inquit, maledixit mihi.
Atque ita correptum lacerat iniuſta nece.
Hæc propter illos ſcripta eſt homines fabula,
Qui fictis cauſſis innocentes opprimunt.

FABVLA II.

Ranæ regem petentes.

Athenæ quum florerent æquis legibus:
Procax libertas ciuitatem miſcuit,
Frenumque ſoluit priſtinum licentia.
Hinc conſpiratis factionum partibus
Arcem tyrannus occupat Piſiſtratus.
Quum triſtem ſeruitutem flerent Attici,
Non quia crudelis ille, ſed quoniam graue
Omnino inſuetis onus; et cœpiſſent queri:
Aeſopus talem tum fabellam rettulit.
Ranæ vagantes liberis paludibus
Clamore magno regem petiere a Ioue,
Qui diſſolutos mores vi compeſceret.
Pater deorum riſit: atque illis dedit
Paruum tigillum, miſſum quod ſubito vadi
Motu ſonoque terruit pauidum genus.
Hoc merſum limo quum iaceret diutius:
Forte vna tacite profert e ſtagno caput,
Et explorato rege cunctas euocat.
Illæ timore poſito certatim adnatant,
Tignumque ſupra turba petulans inſilit.
Quod quum inquinaſſent omni contumelia:
Alium rogantes regem miſere ad Iouem;
Inutilis quoniam eſſet, qui fuerat datus.
Tum miſit illis hydrum, qui dente aſpero
Corripere cœpit ſingulas. Fruſtra necem
Fugitant inertes: vocem præcludit metus.
Furtim igitur dant Mercurio mandata ad Iouem,

Ad-

Digitized by Google

Adflictis vt ſuccurrat. Tunc contra deus:
Quia noluiſtis veſtrum ferre, inquit, bonum;
Malum perferte. Vos quoque, o ciues, ait,
Hoc ſuſtinete: maius ne veniat malum.

FABVLA III.

Graculus ſuperbus et pauo.

Ne gloriari libeat alienis bonis,
Suoque potius habitu vitam degere,
Aeſopus nobis hoc exemplum prodidit.
Tumens inani graculus ſuperbia,
Pennas, pauoni quæ deciderant, ſuſtulit
Seque exornauit: deinde contemnens ſuos
Formoſo ſe pauonum immiſcuit gregi.
Illi impudenti pennas eripiunt aui,
Fugantque roſtris. Male mulcatus graculus
Redire mærens cœpit ad proprium genus:
A quo repulſus triſtem ſuſtinuit notam.
Tum quidam ex illis, quos prius deſpexerat:
Contentus noſtris ſi fuiſſes ſedibus
Et, quod natura dederat, voluiſſes pati;
Nec illam expertus eſſes contumeliam,
Nec hanc repulſam tua ſentiret calamitas.

FABVLA IV.

Canis per fluuium carnem ferens.

Amittit merito proprium, qui alienum appetit.
Canis per flumen carnem dum ferret natans:
Lympharum in ſpeculo vidit ſimulacrum ſuum,
Aliamque prædam ab alio ferri putans
Eripere voluit; verum decepta auiditas,

Digitized by Google

Et, quem tenebat ore, demiſit cibum,
Nec, quem petebat, adeo potuit attingere.

FABVLA V.

Vacca et capella, ouis et leo.

Numquam eſt fidelis cum potente ſocietas.
Teſtatur hæc fabella propoſitum meum.
Vacca et capella et patiens ouis iniuriæ
Socii fuere cum leone in ſaltibus.
Hi quum cepiſſent ceruum vaſti corporis,
Sic eſt loquutus partibus factis leo:
Ego primam tollo, nominor quia leo;
Secundam, quia ſum fortis, tribuetis mihi;
Tum quia plus valeo, me ſequetur tertia;
Malo adficietur, ſi quis quartam tetigerit.
Sic totam prædam ſola improbitas abſtulit.

FABVLA VI.

Ranæ ad ſolem.

Vicini furis celebres vidit nuptias
Aeſopus: et continuo narrare incipit,
Vxorem quondam ſolem velle ducere.
Clamorem ranæ ſuſtulere ad ſidera.
Conuicio permotus quærit Iuppiter
Cauſſam querelæ. Quædam tum ſtagni incola,
Nunc, inquit, omnes vnus exurit lacus,
Cogitque miſeras arida ſede emori:
Quidnam futurum eſt, ſi crearit liberos?

FA-

FABVLA VII.

Vulpis ad perſonam tragicam.

Perſonam tragicam forte vulpis viderat:
O quanta ſpecies, inquit, cerebrum non habet!
Hoc illis dictum eſt, quibus honorem et gloriam
Fortuna tribuit, ſenſum communem abſtulit.

FABVLA VIII.

Lupus et gruis.

Qui pretium meriti ab improbis deſiderat,
Bis peccat: primum quoniam indignos adiuuat;
Impune abire deinde quia iam non poteſt.
Os deuoratum fauce quum hæreret lupi:
Magno dolore victus cœpit ſingulos
Illicere pretio, vt illud extraherent malum.
Tandem perſuaſa eſt iureiurando gruis:
Gulæque credens colli longitudinem,
Periculoſam fecit medicinam lupo.
Pro quo quum pactum flagitaret præmium:
Ingrata es, inquit, ore quæ noſtro caput
Incolume abſtuleris; et mercedem poſtules.

FABVLA IX.

Paſſer et lepus.

Sibi non cauere et aliis conſilium dare,
Stultum eſſe: paucis oſtendamus verſibus.
Oppreſſum ab aquila fletus edentem graues
Leporem obiurgabat paſſer: Vbi pernicitas
Nota, inquit, illa eſt? quid ita ceſſarunt pedes?
Dum loquitur: ipſum accipiter nec opinum rapit,
Queſtuque vano clamitantem interficit.

Lepus ſemianimus mortis in ſolatio:
Qui modo ſecurus noſtra irridebas mala,
Simili querela fata deploras tua.

FABVLA X.

Lupus et vulpis iudice ſimio.

Quicumque turpi fraude ſemel innotuit:
Etiamſi verum dicit, amittit fidem.
Hoc atteſtatur breuis Aeſopi fabula.
Lupus arguebat vulpem furti crimine:
Negabat illa ſe eſſe culpæ proximam.
Tunc iudex inter illos ſedit ſimius.
Vterque cauſſam quum peroraſſent ſuam,
Dixiſſe fertur ſimius ſententiam:
Tu non videris perdidiſſe, quod petis;
Te credo ſubripuiſſe, quod pulchre negas.

FABVLA XI.

Aſinus et leo venantes.

Virtutis expers verbis iactans gloriam
Ignotos fallit, notis eſt deriſui.
Venari aſello comite quum vellet leo:
Contexit illum frutice; et admonuit ſimul,
Vt inſueta voce terreret feras,
Fugientes ipſe exciperet. Hic auritulus
Clamorem ſubito tollit totis viribus,
Nouoque turbat beſtias miraculo.
Quæ dum pauentes exitus notos petunt,
Leonis adfliguntur horrendo impetu.
Qui poſtquam cæde feſſus eſt: aſinum euocat,
Iubetque vocem premere. Tunc ille inſolens:
Qualis videtur opera tibi vocis meæ?

In-

Inſignis, inquit: ſic vt, niſi noſſem tuum
Animum genusque ſimili fugiſſem metu.

FABVLA XII.

Ceruus ad fontem.

Laudatis vtiliora, quæ contemſeris,
Sæpe inueniri, hæc exſerit narratio.
Ad fontem ceruus quum bibiſſet: reſtitit,
Et in liquore vidit effigiem ſuam.
Ibi dum ramoſa mirans laudat cornua,
Crurumque nimiam tenuitatem vituperat:
Venantum ſubito vocibus conterritus
Per campum fugere cœpit, et curſu leui
Canes eluſit. Silua tum excepit ferum:
In qua retentis impeditus cornibus
Lacerari cœpit morſibus ſæuis canum.
Tunc moriens vocem hanc edidiſſe dicitur:
O me infelicem! qui nunc demum intelligo,
Vt illa mihi profuerint, quæ deſpexeram;
Et, quæ laudaram, quantum luctus habuerint.

FABVLA XIII.

Vulpis et coruus.

Qui ſe laudari gaudet verbis ſubdolis,
Seræ dat pœnas turpes pœnitentiæ.
Quum de feneſtra coruus raptum caſeum
Comeſſe vellet, celſa reſidens arbore:
Vulpis hunc vidit, dehinc ſic cœpit loqui.
O qui tuarum, corue, pennarum eſt nitor!
Quantum decoris corpore et vultu geris!
Si vocem haberes, nulla prior ales foret.
At ille ſtultus, dum vult vocem oſtendere,

Digitized by Google

Emiſit ore caſeum: quem celeriter,
Doloſa vulpis auidis rapuit dentibus.
Tum demum ingemuit corui deceptus ſtupor.
Hac re probatur, quantum ingenium valet,
Virtute et ſemper prævalet ſapientia.

FABVLA XIV.

Ex ſutore medicus.

Malus quum ſutor inopia deperditus
Medicinam ignoto facere cœpiſſet loco;
Et venditaret falſo antidotum nomine:
Verboſis adquiſiuit ſibi famam ſtrophis.
Hic quum iaceret morbo confectus graui
Rex vrbis: eius experiendi gratia
Scyphum popoſcit; fuſa dein ſimulans aqua
Antidoto miſcere illius ſe toxicum,
Hoc bibere iuſſit ipſum poſito præmio.
Timore mortis ille tum confeſſus eſt,
Non artis vlla medicæ ſe prudentia,
Verum ſtupore vulgi factum nobilem.
Rex aduocata concione hæc edidit:
Quantæ putatis eſſe vos dementiæ,
Qui capita veſtra non dubitatis credere,
Cui calceandos nemo commiſit pedes?
Hoc pertinere vere ad illos dixerim,
Quorum ſtultitia quæſtus impudentiæ eſt.

FABVLA XV.

Aſinus ad ſenem paſtorem.

In principatu commutando ciuium
Nil præter domini nomen mutant pauperes.
Id eſſe verum parua hæc fabella indicat.

Aſel-

Digitized by Google

Aſellum in prato timidus paſcebat ſenex.
Is hoſtium clamore ſubito territus
Suadebat aſino fugere, ne poſſent capi.
At ille lentus: quæſo, num binas mihi
Clitellas impoſiturum victorem putas?
Senex negauit. Ergo quid refert mea,
Cui ſeruiam: clitellas dum portem meas?

FABVLA XVI.

Ceruus et ouis.

Fraudator nomen quum locat ſponſu improbo:
Non rem expedire, ſed mala videre expetit.
Ouem rogabat ceruus modium tritici
Lupo ſponſore. At illa præmetuens doli:
Rapere atque abire ſemper adſueuit lupus,
Tu de conſpectu fugere veloci impetu;
Vbi vos requiram, quum dies aduenerit?

FABVLA XVII.

Ouis, canis et lupus.

Solent mendaces luere pœnas malefici.
Calumniator ab oue quum peteret canis,
Quem commodaſſe panem ſe contenderet:
Lupus citatus teſtis, non vnum modo
Deberi dixit, verum adfirmauit decem.
Ouis damnata falſo teſtimonio,
Quod non debebat, ſoluit. Poſt paucos dies
Bidens iacentem in fouea proſpexit lupum:
Hæc, inquit, merces fraudis a ſuperis datur.

FABVLA XIX.

Canis parturiens.

Habent inſidias hominis blanditiæ mali:

Quas vt vitemus, verſus ſubiecti monent.
Canis parturiens quum rogaſſet alteram,
Vt fetum in eius tugurio deponeret:
Facile impetrauit. Dein repoſcenti locum
Preces admouit, tempus exorans breue,
Dum firmiores catulos poſſet ducere.
Hoc quoque conſumto, flagitare validius
Cubile cœpit. Si mihi et turbæ meæ
Par, inquit, eſſe potueris: cedam loco.

FABVLA XX.

Canes famelici.

Stultum conſilium non modo effectu caret,
Sed ad perniciem quoque mortales deuocat.
Corium depreſſum in fluuio viderunt canes.
Id vt comeſſe extractum poſſent facilius,
Aquam cœpere bibere: ſed rupti prius
Periere, quam, quod petierant, contingerent.

FABVLA XXI.

Leo ſenex, aper, taurus et aſinus.

Quicumque amiſit dignitatem priſtinam,
Ignauis etiam iocus eſt in caſu graui.
Defectus annis et deſertus viribus
Leo quum iaceret, ſpiritum extremum trahens:
Aper fulmineis ad eum venit dentibus,
Et vindicauit ictu veterem iniuriam.
Infeſtis taurus mox confodit cornibus
Hoſtile corpus. Aſinus vt vidit, ferum
Impune lædi: calcibus frontem extudit.
At ille exſpirans: Fortes indigne tuli
Mihi inſultare; te, naturæ dedecus,

Quod ferre certe cogor, bis videor mori.

FABVLA XXII.

Muſtela et homo.

Muſtela ab homine prenſa quum inſtantem necem
Effugere vellet: quæſo, inquit, parce mihi,
Quæ tibi moleſtis muribus purgo domum.
Reſpondit ille: faceres ſi cauſſa mea,
Gratum eſſet et dediſſem veniam ſupplici;
Nunc quia laboras, vt fruaris reliquiis,
Quas ſunt roſuri, ſimul et ipſos deuores,
Noli imputare vanum beneficium mihi.
Atque ita loquutus improbam leto dedit,
Hoc in ſe dictum debent illi agnoſcere:
Quorum priuata ſeruit utilitas ſibi,
Et meritum inane iactat imprudentibus.

FABVLA XXIII.

Canis fidelis.

Repente liberalis ſtultis gratus eſt:
Verum peritis irritos tendit dolos.
Nocturnus quum fur panem miſiſſet cani,
Obiecto tentans an cibo poſſet capi:
Heus, inquit, linguam vis meam præcludere,
Ne latrem pro re domini: multum falleris.
Namque iſta ſubita me iubet benignitas
Vigilare, facias ne mea culpa lucrum.

FABVLA XXIV.

Rana rupta et bos.

Inops potentem dum vult imitari, perit.
In prato quædam rana conſpexit bouem,

Et

Et tacta inuidia tantæ magnitudinis,
Rugoſam inflauit pellem: tum natos ſuos
Interrogauit, an boue eſſet latior?
Illi negarunt. Rurſus intendit cutem
Maiore niſu: et ſimili quæſiuit modo,
Quis maior eſſet? illi dixerunt bouem.
Nouiſſime indignata, dum vult validius
Inflare ſeſe: rupto iacuit corpore.

FABVLA XXV.

Canis et crocodilus.

Conſilia qui dant praua cautis hominibus:
Et perdunt operam, et deridentur turpiter.
Canes currentes bibere in Nilo flumine,
A crocodilis ne rapiantur, traditum eſt.
Igitur quum currens bibere cœpiſſet canis,
Sic corcodilus: quam libet, lambe otio;
Pota, ac accede Nilo temere, de dolo
Noli vereri. At ille: facerem mehercule,
Niſi eſſe ſcirem carnis te cupidum meæ.

FABVLA XXVI.

Vulpis et ciconia.

Nulli nocendum: ſi quis vero læſerit,
Multandum ſimili iure, fabella admonet.
Vulpis ad cœnam dicitur ciconiam
Prior inuitaſſe: et ei in patena liquidam
Poſuiſſe ſorbitionem, quam nullo modo
Guſtare eſuriens potuerit ciconia.
Quæ vulpem quum reuocaſſet: intrito cibo
Plenam lagenam poſuit; huic roſtrum inſerens
Satiatur ipſa, et torquet conuiuam fame.

Quæ

Quæ quum lagenæ collum fruſtra lamberet,
Peregrinam ſic loquutam volucrem accepimus:
Sua quisque exempla debet æquo animo pati.

FABVLA XXVIII.

Vulpis et aquila.

Quamuis ſublimes debent humiles metuere,
Vindicta docili quia patet ſolertiæ.

Vulpinos catulos aquila quondam ſuſtulit,
Nidoque poſuit pullis, eſcam vt carperent.
Hanc perſequuta mater orare incipit,
Ne tantum miſeræ luctum importaret ſibi.
Contemſit illa, tuta quippe ipſo loco.
Vulpis ab ara rapuit ardentem facem,
Totampue flammis arborem circumdedit,
Hoſti dolorem damno miſcens ſanguinis.
Aquila, vt periculo mortis eriperet ſuos,
Incolumes natos ſupplex vulpi tradidit.

FABVLA XXX.

Ranæ metuentes taurorum prælia.

Humiles laborant, vbi potentes diſſident.

Rana in palude pugnam taurorum intuens:
Heu, quanta nobis inſtat pernicies, ait.
Interrogata ab alia, cur hoc diceret:
De principatu quum decertarent gregis,
Longeque ab illis degerent vitam boues?
Eſt ratio ſeparata ac diuerſum genus.
Sed pulſus regno nemoris qui profugerit,
Paludis in ſecreta veniet latibula,
Et proculcatas obteret duro pede:

Digitized by Google

Caput ita ad noſtrum furor illorum pertinet.

FABVLA XXXI.

Miluus et columbæ.

Qui ſe committit homini tutandum improbo:
Auxilia dum requirit, exitium inuenit.
Columbæ ſæpe quum fugiſſent miluum,
Et celeritate pennæ vitaſſent necem;
Conſilium raptor vertit ad fallaciam,
Et genus inerme tali decepit dolo:
Quare ſollicitum potius æuum ducitis,
Quam regem me creatis icto fœdere,
Qui vos ab omni tutas præſtem iniuria?
Illæ credentes tradunt ſeſe miluo:
Qui regnum adeptus cœpit veſci ſingulas,
Et exercere imperium ſæuis vnguibus.
De reliquis tunc vna: merito plectimur.

LIBER II.

FABVLA I.

Iuuencus, leo et prædator.

Attende, cur negare cupidis debeas:
Modeſtis etiam offerre, quod non petierint.
Super iuuencum ſtabat deiectum leo:
Prædator interuenit, partem poſtulans.
Darem, inquit, niſi ſoleres per te ſumere:
Et improbum reiecit. Forte innoxius
Viator eſt deductus in eumdem locum,
Feroque viſo rettulit retro pedem.
Cui placidus ille: non eſt, quod timeas, ait;
Et, quæ debetur pars tuæ modeſtiæ,
Audacter tolle. Tunc diuiſo tergore

Sil-

Digitized by Google

Siluas petiuit, homini vt acceſſum daret.
Exemplum egregium prorſus et laudabile:
Verum eſt auiditas diues, et pauper pudor.

FABVLA III.

Homo et canis.

Laceratus quidam morſu vehementis canis,
Tinctum cruore panem miſit malefico:
Audierat eſſe quod remedium vulneris.
Tunc ſic Aeſopus: noli coram pluribus
Hoc facere canibus, ne vos viuos deuorent,
Quum ſcierint eſſe tale culpæ præmium.
Succeſſus improborum plures allicit.

FABVLA IV.

Aquila, feles et aper.

Aquila in ſublimi quercu nidum fecerat:
Feles cauernam nacta in media pepererat:
Sus nemoricultrix fetum ad imam poſuerat.
Tum fortuitum feles contubernium
Fraude et ſceleſta ſic euertit malitia.
Ad nidum ſcandit volucris: pernicies, ait,
Tibi paratur, forſan et miſeræ mihi.
Nam fodere terram quod vides quotidie
Aprum inſidioſum, quercum vult euertere,
Vt noſtram in plano facile progeniem opprimat.
Terrore offuſo et perturbatis ſenſibus
Derepit ad cubile ſetoſæ ſuis:
Magno, inquit, in periclo ſunt nati tui;
Nam ſimul exieris paſtum cum tenero grege,
Aquila eſt parata rapere porcellos tibi.

Hunc

Hunc quoque timore poſtquam compleuit locum,
Doloſa tuto condidit ſeſe cauo.
Inde euagata noctu ſuſpenſo pede,
Vbi eſca ſe repleuit et prolem ſuam,
Pauorem ſimulans proſpicit toto die.
Ruinam metuens aquila ramis deſidet:
Aper rapinam vitans non prodit foras.
Quid multa? inedia ſunt conſumti cum ſuis,
Feliſque catulis largam præbuerunt dapem.
Quantum homo bilinguis ſæpe concinnet mali,
Documentum habere ſtulta credulitas poteſt.

FABVLA VI.

Aquila, cornix et teſtudo.

Contra potentes nemo eſt munitus ſatis:
Si vero acceſſit conſiliator maleficus;
Vis et nequitia quidquid oppugnant, ruit.
Aquila in ſublime ſuſtulit teſtudinem.
Quæ quum abdidiſſet cornea corpus domo,
Nec vllo pacto lædi poſſet condita;
Venit per auras cornix et propter volans
Optimam ſane prædam rapuiſti vnguibus;
Sed niſi monſtraro, quid ſit faciendum tibi,
Graui nequidquam te laſſabis pondere.
Promiſſa parte ſuadet, vt ſcopulum ſuper
Altis ab aſtris duram illidat corticem:
Qua comminuta facile veſcatur cibo.
Inducta verbis aquila monitis paruit,
Simul et magiſtræ large diuiſit dapem.
Sic tuta quæ naturæ fuerat munere,
Impar duabus occidit triſti nece.

Digitized by Google

FABVLA VII.

Muli et latrones.

Muli grauati ſarcinis ibant duo:
Vnus ferebat fiſcos cum pecunia,
Alter tumentes multo ſaccos hordeo.
Ille onere diues, celſa ceruice eminens,
Clarumque collo iactans tintinnabulum:
Comes quieto ſequitur et placido gradu.
Subito latrones ex inſidiis aduolant,
Interque cædem ferro mulum truſitant:
Diripiunt nummos, negligunt vile hordeum.
Spoliatus igitur caſus quum fleret ſuos:
Equidem, inquit alter, me contemtum gaudeo;
Nam nil amiſi, nec ſum læſus vulnere.
Hoc argumento tuta eſt hominum tenuitas:
Magnæ periclo ſunt opes obnoxiæ.

FABVLA VIII.

Ceruus et boues.

Ceruus nemoroſis excitatus latibulis,
Vt venatorum fugeret inſtantem necem,
Cæco timore proximam villam petit
Et oportuno ſe bouili condidit.
Heic bos latenti: quidnam voluiſti tibi,
Infelix, vltro qui ad necem cucurreris,
Hominumque tecto ſpiritum commiſeris?
At ille ſupplex: vos modo, inquit, parcite,
Occaſione rurſus erumpam data.
Spatium diei noctis excipiunt vices:
Frondem bubulcus adfert, nec ideo videt:
Eunt ſubinde et redeunt omnes ruſtici,
Nemo animaduertit: transit etiam villicus,

Nec ille quidquam ſentit. Tum gaudens ferus
Bubus quietis agere cœpit gratias,
Hoſpitium aduerſo quod præſtiterint tempore.
Reſpondit vnus: ſaluum te cupimus quidem;
Sed ille, qui oculos centum habet, ſi venerit,
Magno in periclo vita verſatur tua.
Hæc inter ipſe dominus a cœna redit;
Et quia corruptos viderat nuper boues,
Accedit ad præſepe: Cur frondis parum eſt?
Stramenta deſunt; tollere hæc aranea
Quantum eſt laboris? Dum ſcrutatur ſingula:
Cerui quoque alta eſt conſpicatus cornua;
Quem conuocata iubet occidi familia,
Prædamque tollit. *Hæc ſignificat fabula,*
Dominum videre plurimum in rebus ſuis.

LIBER III.

FABVLA II.

Panthera et paſtores.

Solet a deſpectis par referri gratia.
Panthera imprudens olim in foueam decidit.
Videre agreſtes: alii fuſtes congerunt,
Alii onerant ſaxis; quidam contra miſeriti,
Perituræ quippe, quamuis nemo læderet,
Miſere panem, vt ſuſtineret ſpiritum.
Nox inſecuta eſt: abeunt ſecuri domum,
Quaſi inuenturi mortuam poſtridie.
At illa vires vt refecit languidas:
Veloci ſaltu fouea ſeſe liberat,
Et in cubile concito properat gradu.
Paucis diebus interpoſitis prouolat,
Pecus trucidat, ipſos paſtores necat,

Eo

Et cuncta vaſtans ſæuit irato impetu.
Tum ſibi timentes, qui feræ pepercerant,
Damnum haud recuſant: tantum pro vita ro-(gant.
At illa: memini, qui me ſaxo petierint,
Qui panem dederint; vos timere abſiſtite;
Illis reuertor hoſtis, qui me læſerant.

FABVLA IV.

Lanius et ſimius.

Pendere ad lanium quidam vidit ſimium
Inter reliquas merces atque obſonia:
Quæſiuit, quidnam ſaperet? Tum lanius iocans:
Quale, inquit, caput eſt, talis præſtatur ſapor.
Ridicule magis hoc dictum, quam vere æſtimo:
Quando et formoſos ſæpe inueni peſſimos,
Et turpi facie multos cognovi optimos.

FABVLA V.

Aeſopus et petulans.

Succeſſus ad perniciem multos deuocat.
Aeſopo quidam petulans lapidem impegerat:
Tanto, inquit, melior. Aſſem deinde illi dedit,
Sic proſecutus: plus non habeo mehercule,
Sed vnde accipere poſſis, monſtrabo tibi;
Venit ecce diues et potens, huic ſimiliter
Impinge lapidem, et dignum accipies præmium.
Perſuaſus ille fecit, quod monitus fuit:
Sed ſpes fefellit inpudentem audaciam,
Comprehenſus namque pœnas perſoluit cruce.

FABVLA VI.

Muſca et mula.

Muſca in temone ſedit, et mulam increpans:
Quam tarda es, inquit; non vis citius progredi?

Digitized by Google

Vide, ne dolone collum compungam tibi.
Reſpondit illa: verbis non moueor tuis,
Sed iſtum timeo, ſella qui prima ſedens
Jugum flagello temperat lento meum,
Et lora frenis continet ſpumantibus;
Quapropter aufer friuolam inſolentiam,
Nam, vbi ſtrigandum eſt et vbi currendum, ſcio.
Hac derideri fabula merito poteſt,
Qui ſine virtute vanas exercet minas.

FABVLA VII.

Canis et lupus.

Quam dulcis ſit libertas, breuiter proloquar.
Cani perpaſto macie confectus lupus
Forte occurrit. Salutantes dein in vicem
Vt reſtiterunt: vnde ſic, quæſo, nites,
Aut quo cibo feciſti tantum corporis?
Ego, qui ſum longe fortior, pereo fame.
Canis ſimpliciter: eadem eſt conditio tibi,
Præſtare domino ſi par officium potes.
Quod, inquit ille? Cuſtos vt ſis liminis,
A furibus tuearis et noctu domum.
Ego vero ſum paratus: nunc patior niues
Imbresque, in ſiluis aſperam vitam trahens;
Quanto eſt facilius mihi ſub tecto viuere,
Et otioſum largo ſatiari cibo?
Veni ergo mecum. Dum procedunt, adſpicit
Lupus a catena collum detritum canis.
Vnde hoc, amice? Nihil eſt. Dic, quæſo, tamen.
Quia videor acer, adligant me interdiu,
Luce vt quieſcam, et vigilem, quum nox venerit:
Crepuſculo ſolutus, qua viſum eſt, vagor:

Ad-

Digitized by Google

Adfertur vltro panis, de menſa ſua
Dat oſſa dominus: fruſta iactat familia,
Et, quod faſtidit quisque, pulmentarium:
Sic ſine labore venter impletur meus.
Age, ſi quo eſt abire animus: eſt licentia?
Non plane eſt, inquit. Fruere, quæ laudas, canis:
Regnare nolo, liber vt non ſim mihi.

FABVLA VIII.

Pater et ſoror.

Præcepto monitus ſæpe te conſidera.
Habebat quidam filiam turpiſſimam,
Itidemque inſigni et pulchra facie filium. (fuit,
Hi ſpeculum, in cathedra matris vt poſitum
Pueriliter ludentes forte inſpexerant.
Hic ſe formoſum iactat: illa iraſcitur,
Nec gloriantis ſuſtinet fratris iocos; (am.
Accipiens (quid enim?) cuncta in contumeli-
Ergo ad patrem cucurrit, læſura in vicem:
Magnaque inuidia criminatur filium,
Vir natus quod rem feminarum tetigerit.
Amplexus vtrumque ille, et carpens oſcula,
Dulcemque in ambos caritatem partiens:
Quotidie, inquit, ſpeculo vos vti volo,
Tu formam ne corrumpas nequitiæ malis,
Tu faciem vt iſtam moribus vincas bonis.

FABVLA IX.

Socrates ad amicos.

Vulgare amici nomen, ſed rara eſt fides.
Quum paruas ædes ſibi fundaſſet Socrates
(Cuius non fugio mortem, ſi famam adſequar:
Et cedo inuidiæ, dummodo abſoluar cinis):

E populo ſic neſcio quis, vt fieri ſolet;
Quæſo, tam anguſtam talis vir ponis domum?
Vtinam, inquit, veris hanc amicis impleam!

FABVLA XII.

Pullus ad margaritam.

In ſterquilinio pullus gallinaceus
Dum quærit eſcam, margaritam repperit:
Iaces indigno quanta res, inquit, loco;
Hoc ſi quis pretii cupidus vidiſſet tui,
Olim rediſſes ad ſplendorem maximum;
Ego qui te inueni, potior cui multo eſt cibus,
Nec tibi prodeſſe, nec mihi quidquam potes.
Hoc illis narro, qui me non intelligunt.

FABVLA XIII.

Apes et fuci veſpa iudice.

Apes in alta quercu fecerant fauos:
Hos fuci inertes eſſe dicebant ſuos.
Lis ad forum deducta eſt, veſpa iudice.
Quæ genus vtrumq; noſſet quum pulcherrime,
Legem duabus hanc propoſuit partibus:
Non inconueniens corpus, et par eſt color,
In dubium plane res vt merito venerit;
Sed ne religio peccat imprudens mea,
Alueos accipite et ceris opus infundite,
Vt ex ſapore mellis et forma faui,
De quis nunc agitur, auctor horum appareat.
Fuci recuſant: apibus conditio placet.
Tunc illa talem ſuſtulit ſententiam:
Apertum eſt, quis non poſſit, aut quis fecerit;
Quapropter apibus fructum reſtituo ſuum.
Hanc præteriiſſem fabulam ſilentio,

Si

Si pactam fuci non recuſaſſent fidem.

FABVLA XIV.

Aeſopus ludens.

Puerorum in turba quidam ludentem Atticus,
Aeſopum nucibus quum vidiſſet: reſtitit,
Et quaſi delirum riſit. Quod ſenſit ſimul
Deriſor potius, quam deridendus ſenex;
Arcum retenſum poſuit in media via:
Heus, inquit, ſapiens, expedi, quid fecerim.
Concurrit populus. Ille ſe torquet diu,
Nec quæſtionis poſitæ cauſſam intelligit:
Nouiſſime ſuccumbit. Tum victor ſophus:
Cito rumpes arcum, ſemper ſi tenſum habue-
At ſi laxaris, quum voles, erit vtilis. (ris;
Sic ludus animo debet aliquando dari,
Ad cogitandum melior vt redeat tibi.

FABVLA XVI.

Cicada et noctua.

Humanitati qui ſe accommodat,
Plerumque pœnas oppetit ſuperbiæ.
Cicada acerbum noctuæ conuicium
Faciebat, ſolitæ victum in tenebris quærere
Cauoque ramo capere ſomnum interdiu.
Rogata eſt, vt taceret. Multo validius
Clamare cœpit. Rurſus admonita prece,
Accenſa magis eſt. Noctua vt vidit, ſibi
Nullum eſſe auxilium et verba contemni ſua,
Hac eſt adgreſſa garrulam fallacia:
Dormire quia me non ſinunt cantus tui,
Sonare cithara quos putes Apollinis,
Potare eſt animus nectar, quod Pallas mihi

Nuper donauit; ſi non faſtidis, veni,
Vna bibamus. Illa, quæ ardebat ſiti,
Simul cognouit vocem laudari ſuam:
Cupide aduolauit. Noctua egreſſa a cauo
Trepidantem conſectata eſt et leto dedit.
Sic viva quod negarat, tribuit mortua.

FABVLA XVIII.

Pauo ad Iunonem de voce ſua.

Pauo ad Iunonem venit, indigne ferens,
Cantus luſcinii quod ſibi non non tribuerit:
Illum eſſe cunctis auribus admirabilem;
Se derideri, ſimul ac vocem miſerit.
Tunc, conſolandi gratia, dixit dea:
Sed forma vincis, vincis magnitudine,
Nitor ſmaragdi collo præfulget tuo,
Pictisque plumis gemmeam caudam explicas.
Quo mi, inquit, mutam ſpeciem, ſi vincor ſono?
Fatorum arbitrio partes ſunt vobis datæ:
Tibi forma, vires aquilæ, luſcinio melos,
Augurium coruo, læua cornici omnia;
Omnes quæ propriis ſunt contentæ vocibus.
Noli adfectare, quod tibi non eſt datum:
Deluſa ne ſpes ad querelam recidat.

LIBER IV.

FABVLA I.

Muſtela et mures.

Ioculare tibi videtur: et ſane leui,
Dum nihil habemus maius, calamo ludimus.
Sed diligenter intuere has nenias:
Quantam ſub illis vtilitatem reperies?
Non ſemper ea ſunt, quæ videntur: decipit

Frons

Frons prima multos; rara mens intelligit,
Quod interiore condidit cura angulo.
Hoc ne locutus ſine mercede exiſtimer,
Fabellam adiiciam de muſtela et muribus.
Muſtela quum annis et ſenecta debilis
Mures veloces non valeret adſequi:
Inuoluit ſe farina, et obſcuro loco
Abiecit negligenter. Mus eſcam putans
Adſiluit, et compreſſus occubuit neci:
Alter ſimiliter, deinde periit tertius.
Aliquot ſecutis, venit et retorridus,
Qui ſæpe laqueos et muſcipula effugerat,
Proculque inſidias cernens hoſtis callidi:
Sic valeas, inquit, vt farina es, quæ iaces.

FABVLA II.

Vulpis et vua.

Fame coacta vulpis alta in vinea
Vuam appetebat ſummis ſaliens viribus.
Quam tangere vt non potuit, diſcedens ait:
Nondum matura eſt, nolo acerbam ſumere.
Qui, facere quæ non poſſunt, verbis eleuant:
Adſcribere hoc debebunt exemplum ſibi.

FABVLA III.

Equus et aper.

Equus ſedare ſolitus quo fuerat ſitim,
Dum ſeſe aper volutat, turbauit vadum.
Hinc orta lis eſt. Sonipes iratus fero,
Auxilium petiit hominis: quem dorſo leuans,
Rediit ad hoſtem. Iactis hunc telis eques
Poſtquam interfecit, ſic locutus traditur:
Lætor tuliſſe auxilium me precibus tuis;

Nam prædam cepi, et didici, quam ſis vtillis.
Atque ita coegit frenos inuitum pati.
Tum mæſtus ille: paruæ vindictam rei
Dum quæro demens, ſeruitutem repperi.
Hæc iracundos admonebit fabula,
Impune potius lædi, quam dedi alteri.

FABVLA V.

Pugna murium et muſtelarum.

Quum victi mures muſtelarum exercitu
(Hiſtoria quorum in tabernis pingitur)
Fugerent, et artos circum trepidarent cauos:
Aegre recepti, tamen euaſerunt necem.
Duces eorum, qui capitibus cornua
Suis ligarant, vt conſpicuum in prœlio
Haberent ſignum, quod ſequerentur milites,
Hæſere in portis ſuntque capti ab hoſtibus:
Quos immolatos victor auidis dentibus
Capacis alui merſit tartareo ſpecu.
Quemcumque populum triſtis euentus premit:
Periclitatur magnitudo principum,
Minuta plebes facili præſidio latet.

FABVLA VIII.

Vulpis et hircus.

Homo in periclum ſimul ac venit, callidus
Reperire effugium alterius quærit malo.
Cum decidiſſet vulpis in puteum inſcia,
Et altiore clauderetur margine:
Deuenit hircus ſitiens in eumdem locum;
Simul rogauit, eſſet an dulcis liquor
Et copioſus? Illa fraudem moliens:
Deſcende, amice, tanta bonitas eſt aquæ,

Vo-

Voluptas vt ſatiari non poſſit mea.
Immiſit ſe barbatus: tum vulpecula
Euaſit puteo, nixa celſis cornibus;
Hircumque clauſo liquit hærentem vado.

FABVLA IX.
De vitiis hominum.

Peras impoſuit Iuppiter nobis duas:
Propriis repletam vitiis poſt tergum dedit,
Alienis ante pectus ſuſpendit grauem.
Hac re videre noſtra mala non poſſumus:
Alii ſimul delinquunt, cenſores ſumus.

FABVLA XV.
Capella et hirci.

Barbam capellæ quum impetraſſent ab Ioue:
Hirci mærentes indignari cœperant,
Quod dignitatem feminæ æquaſſent ſuam.
Sinite, inquit, illas gloria vana frui;
Et vſurpare veſtri ornatum muneris:
Pares dum non ſint veſtræ fortitudinis.
Hoc argumentum monet, vt ſuſtineas tibi
Habitu eſſe ſimiles, qui ſunt virtute impares.

FABVLA XVIII.
Homo et colubra.

Qui fert malis auxilium, poſt tempus dolet.
Gelu rigentem quidam colubram ſuſtulit,
Sinuque fouit contra ſe ipſe miſericors: [nus.
Namque vt refecta eſt, necuit hominem proti-
Hanc alia quum rogaret cauſſam facinoris:
Reſpondit, ne quis diſcat prodeſſe improbis.

FABVLA XIX.
Vulpis et draco.

Vul-

Vulpis cubile fodiens, dum terram eruit
Agitque plures altius cuniculos:
Peruenit ad draconis ſpeluncam vltimam,
Cuſtodiebat qui theſauros abditos.
Hunc ſimul adſpexit: oro, vt imprudentiæ
Des primum veniam; deinde, ſi pulchre vides,
Quam non conueniens aurum ſit vitæ meæ,
Reſpondeas clementer. Quem fructum capis
Hoc ex labore: quodue tantum eſt præmium,
Vt careas ſomno et æuum in tenebris exigas?
Nullum, inquit ille: verum hoc a ſummo mihi
Ioue attributum eſt. Ergo nec ſumis tibi,
Nel vlli donas quidquam? Sic fatis placet.
Nolo iraſcaris, libere ſi dixero:
Diis eſt iratis natus, qui eſt ſimilis tibi.
Abiturus illuc, quo priores abierunt,
Quid mente cæca miſerum torques ſpiritum?
Tibi dico, auare, gaudium heredis tui:
Qui ture ſuperos, ipſum te fraudas cibo;
Qui triſtis audis muſicum citharæ ſonum;
Quem tibiarum macerat iucunditas;
Obſoniorum pretia cui gemitum exprimunt;
Qui dum quadrantes aggeras patrimonio,
Cælum fatigas ſordido periurio;
Qui circumcidis omnem inpenſam funeris,
Libitina ne quid de tuo faciat lucrum.

FABVLA XXI.

Naufragium Simonidis.

Homo doctus in ſe ſemper diuitias habet.
Simonides, qui ſcripſit egregium melos,
Quo paupertatem ſuſtineret facilius,

Cir-

Circumire cœpit vrbes Aſiæ nobiles,
Mercede accepta laudem victorum canens.
Hoc genere quæſtus poſtquam locuples factus
Venire in patriam voluit curſu pelagio (eſt:
(Erat autem natus, vt aiunt, in Ceo inſula).
Adſcendit nauem, quam tempeſtas horrida
Simul et vetuſtas medio diſſoluit mari.
Hi zonas, illi res pretioſas colligunt,
Subſidium vitæ. Quidam curioſior:
Simonide, tu ex opibus nil ſumis tuis? [enatant,
Mecum, inquit, mea ſunt cuncta. Tunc pauci
Quia plures onere degrauati perierunt. [lit:
Prædones adſunt: rapiunt, quod quisque extu-
Nudos relinquunt. Forte Clazomene prope
Antiqua fuit vrbs, quam petierunt naufragi.
Hic litterarum quidam ſtudio deditus,
Simonidis qui ſæpe verſus legerat
Eratque abſentis admirator maximus,
Sermone ab ipſo cognitum cupidiſſime
Ad ſe recepit; veſte, nummis, familia
Hominem exornauit: ceteri tabulam ſuam
Portant, rogantes victum. Quos caſu obuius
Simonides vt vidit: dixi, inquit, mea
Mecum eſſe cuncta; vos quod rapuiſtis, perit.

LIBER V.

FABVLA III.

Caluus et muſca.

Calui momordit muſca nudatum caput:
Quam opprimere captans, alapam ſibi duxit grauem.
Tunc illa irridens: punctum volucris paruulæ

Vt

Voluiſti morte vlciſci; quid facies tibi,
Iniuriæ qui addideris contumeliam?
Reſpondit: mecum facile redeo in gratiam,
Quia non fuiſſe mentem lædendi ſcio;
Sed te, contemti generis animal improbum,
Quæ delectaris bibere humanum ſanguinem,
Optem necare vel maiore incommodo.
Hoc argumento veniam tam dari decet,
Qui caſu peccat, quam qui conſilio eſt nocens:
Illum eſſe quamuis pœna dignum iudico.

FABVLA VIII.

Occaſio depicta.

Curſu volucri pendens in nouacula,
Caluus, comoſa fronte, nudo corpore;
Quem ſi occuparis, teneas, elapſum ſemel
Non ipſe poſſit Iuppiter reprehendere:
Occaſionem rerum ſignificat breuem.
Effectus impediret ne ſegnis mora,
Finxere antiqui talem effigiem temporis.

FABVLA IX.

Taurus et vitulus.

Anguſto in aditu taurus luctans cornibus,
Quum vix intrare poſſet ad præſepia:
Monſtrabat vitulus, quo ſe pacto plecteret.
Tace, inquit: ante hoc noui, quam tu natus es.
Qui doctiorem emendat, ſibi dici putet.

FABVLA X.

Venator et canis.

Aduerſus omnes fortis veloces feras
Canis quum domino ſemper feciſſet ſatis:
Languere cœpit annis ingrauantibus.

Ali-

Digitized by Google

Aliquando obiectus hiſpidi pugnæ ſuis,
Arripuit aurem: ſed carioſis dentibus
Prædam dimiſit. Hic tum venator dolens,
Canem obiurgabat. Cui ſenex contra latrans:
Non te deſtituit animus, ſed vires meæ;
Quod fuimus, laudas; iam damnas, quod non ſumus.
Hoc cur, Philete, ſcripſerim, pulchre vides.

APPENDIX FABVLARVM

EX MANVSCRIPTO DIVIONENSI.

FABVLA I.

Miluus ægrotans.

Multos quum menſes ægrotaſſet miluus;
Nec iam videret eſſe vitæ ſpem ſuæ:
Matrem rogabat, ſancta circumiret loca
Et pro ſalute vota faceret maxima.
Faciam, inquit, fili: ſed opem ne non impetrem,
Vehementer vereor. Sed qui delubra omnia
Vaſtando, cuncta polluiſti altaria,
Sacrificiis nullis parceus, nunc quid vis rogem?

FABVLA II.

Lepores vitæ pertæſi.

Qui ſuſtinere non poteſt ſuum malum,
Alios inſpiciat et diſcat tolerantiam.
Aliquando in ſiluis ſtrepitu magno conciti
Lepores clamant, ſe propter adſiduos metus
Finire velle vitam. Sic quemdam ad lacum
Venerunt, miſeri quo ſe præcipites darent.
Aduentu quorum poſtquam ranæ territæ
Virides in algas miſere fugientes ruunt:
Heu, inquit vnus, ſunt et alii, quos timor
Vexat malorum. Ferte vitam, vt ceteri.

FA-

Digitized by Google

FABVLA IV.

Leo et mus.

Ne quis minores lædat, fabula hæc monet.
Leone in ſilua dormiente ruſtici
Luxuriabant mures: vnus ex iis
Super cubantem caſu quodam transiit.
Expergefactus miſerum leo celeri impetu
Arripuit. Ille veniam ſibi dari rogat,
Crimen fatetur, peccatum imprudentiæ.
Hoc rex vlciſci glorioſum non putans,
Ignouit et dimiſit. Poſt paucos dies
Leo, dum vagatur noctu, in foueam decidit.
Captum vt ſe agnouit laqueis, voce maxima
Rugire cœpit. Cuius immanem ad ſonum
Mus ſubito accurrens: non eſt, quod timeas, ait;
Beneficio magno gratiam reddam parem.
Mox omnes artus, artuum et ligamina
Luſtrare cœpit: cognitosque dentibus
Neruos rodendo laxat ingenia artuum.
Sic captum mus leonem ſiluis reddidit.

FABVLA V.

Homo et arbores.

Pereunt ſuis auxilium dantes hoſtibus.
Facta bipenni ab arboribus homo petit,
Manubrium vt darent e ligno, quod foret
Firmum. Iuſſerunt omnes oleaſtrum dari.
Accepit ille munus, et manubrium
Aptans ſecuri magna cædit robora.
Dumque eligebat, quæ vellet; ſic fraxino
Dixiſſe fertur quercus: merito maleficas
Patimur bipennes, quibus adiumento ſumus.

(o)

Digitized by Google

INDEX VOCABVLORVM AC PHRASIVM.

A.

A dextra, læua 337, 3, 1. legibus liber 379, 4, 3. mane ad noctem vſque 322, 3, 1. mane ad veſperum 336, 2, 6. me egreditur 100, 1. me neſcio quis exit 113, 3. me quis nam fores pepulit? 179, 5. me nulla in re tibi difficultas erit 268, 2. me procul abeſt culpa 157, 5. me tibi nihil periculi eſt 269, 1. me peccatum eſt maximum 99, 3. morbo valere 310, 1, 2. paruis 23, 1. paruulo 4, 1. 142, 2. patre aberrauit 326. pr. pauxillo puero 369, 1, 3. pedibus tuis haud vſquam abſcedam 323, 3, 2. portu propere fui (id eſt, veni) celeri curriculo 370, 2, 2. portu redire 343, 3, 4. primo, 218, 1. principio 4, 3 32, 3. 219, 4. 382, 2, 4. pueris 161, 3. 102, 4. 163, 3. 187, 4. pueritia 100, 4. puero vſque 297, 3, 4. vicino crepuit oſtium 28, 2. villa mercenarius 166, 2.

ab adoleſcentia 142, 1. aliquo egredi, exire 10, 3. 65, 5. 103, 5. animo æger 310, 1, 2. dextra 31, 1. eo concrepuit oſtium 128, 5. neſcio quo improbo colaphis exceptus eſt 255, 1. re diuina redire 352, 1, 2. re paullo omiſſior 181, 3. ſtudio ad famem reiicere aliquem 150, 2. tranſenna turdus lumbricum petit 318, 4, 6.

abauus 356, 1, 2.

abdere ſe rus 244, 3.

abducere aliquem ad nequitiam 158, 3. ab oculis alicui 173, 5. ab ſtudio 239, 2. domum 369, 1, 2. ſecum 66, 3. ſibi aduocatum 172, 4. ſibi conuiuam 60, 1.

abeſſe a pecu cetero 319, 5, 2. hinc triobolum non poteſt 167, 5, 2. longius 183, 5. *abfuit* haud multum a me infortunium 121, 1.

aberrauit a patre 326, pr.
abhinc dies quindecim 236, 2.
abhorrere a pietate vera 34, 4.
abige abs te laſſitudinem 341, 1.
abiicere omnem animum patris de filio 134, 1. ſe obſcuro loco 409, 1, 12. ſuperbiam 344, 5, 2.
abire ab aliquo 75, 1. 126, 1. aliquo in angulum 179, 4. ambulatum 335, 2, 2. ex conſpectu alicuius 331, 5, 9. deambulatum 117, 1. doctiorem ab aliquo 78, 4. domo 341, pr. domum 215, 4. exſulatum 363, 2, 2. impune 389, 8, 3. in communem locum 304, pr. in diem 225, 5. in malam crucem 205, 5. in malum cruciatum 290, 2, 3. intro 22, 4 lauatum 68, 1. malam rem 65, 2. militatum 97, 5. nuſquam 151, 4. obuiam 104, 4. præ ſtrenue 147, 4. viam ſuam 365, 4, 3.
abitio, 101, 1.
abligurire bona patria 54, 4.
abradere 104, 4
abripere ſe foras 203, 5, 1. vniuerſum 191, 4.
abripi intro 148, 2.
abrogare fidem alicui 379, 4, 3.
abs te abſum 109, 1. te exit 226, 4.
abscedere procul e conſpectu 359, 4, 2. ſine pœna 121, 2. ira cito *abscedit* ab eo 271, 1. haud vsquam a pedibus tuis *abscedam* 323, 3, 2. *absceſſit* a me ægrimonia 366, 4, 4.
abſiſte timere 403, 3, 18.
abſoluere aliquem 351, 4, 7. quam primum 153, 3.
absque eo eſſet 197, 5. vna hac re foret 264, 2.
abſtergere vulnera 77, 5.
abſtinere cenſione bubula 291, 4, 1. culpam 332, 5, 6. incommoditate 337, 3, 1. maledictis 366, 4, 4. manum 116, 3, 179, 3. rebus vrbanis 305, 1. ſermonem de re aliqua 323, 4, 2.
abſtrahere aliquem ab aliquo 12, 5. ſe a ſollicitudine 250, 4.
abſtrudere aurum 292, 4, 6.
abſumti ſumus (formula deſperantis) 321, 2, 1.
abſurde facere 311, 3, 1.
abundare diuitiis 114, 5.
accedere ad ignem 46, 4. propius 155, 4. propius ad fores 251, 4.
accendi 407, 16, 8.
accepti ratio conuenit 321, 1, 3.
acceſſum alicui dare 399, 2, 1.

ac-

Digitized by Google

accidere ad genus alicuius 255, 2.
accidit aliquid boni 18, 1. nec opinanti 254, 2. verbum in te 57, 3.
accipere aliorſum 46, 3. aliquem familiariter 277, 1, 1. magnifice 347, 1, 2. melius, prolixius 92, 4. modis indignis 147, 4. modis miſeris 291, 4, 4. aliquem pro maledictis 277, 1, 1. aliquid ad contumeliam 169, 5. auribus 254, 2. 378, 4, 1. auribus benignis 325, pr. conditionem 305, 2, 4. 319, 4, 9. in contumeliam 405, 8, 8 iniuriam ab aliquo 76, 5. 225, 2. 149, 4. in partem eam 82, 4. metum 107, 5. pignus 364, 2, 7. præmium dignum 403, 5, 7. recte 16, 4. ſeruos quæſtioni 325, 5, 1. ſupplicium, id eſt, ſupplicationem 361, pr.
accolis propinquus ædibus 314, 2, 1.
accommodare clipeum ad dorſum 377, 3, 2. ſe humanitati 407, 16, 1.
accreſcere 23, 1.
accubare arte 371, 4, 2.
accumbere cum aliquo 64, 3.
accurare prandium 327, 1, 3. rem ſobrie aut frugaliter 358, 4, 1. res omnes cautius 269, 2.
accurrere ad aliquem 57, 1. ſubito 416, 4, 13.
accuſare aliquem grauius 267, 1. ob aliquam rem 245, 5. probri 279, 3, 1.
acer canis 404, 7, 18. morbus 331, 5, 2.
acerbum hoc eſt 413, 5, 2. *acerba* plura offerre alicui 249, 5.
acetum peracre 316, 3, 3 *aceti* aliquid in pectore habet 349, 2, 4.
acheruntis pabulum 305, 2, 1. *acheruntem* venire 354, 4, 2.
aciem oculorum alicui præſtringere 334, 1.
acrius eſurire 369, 1, 3. inſtare 243, 5.
acta res eſt 364, 3, 3.
actu primo placere 239, 5.
actum agere 151, 1. 207, 4. eſt 20, 5.
actutum 317, 4, 1. 319, 5, 1. 171, 5. fortunæ ſolent mutari 382, 2, 1.
acu aliquem 367, 5, 2.
acuere aliquem 181, 4.
acutus culter 310, 2, 2.
ad aliquem nuntiare gaudia 383, 4, 1. aurem obgannire 237, 1. aures aduolare, venire 363, 2, 3 362, 1, 4. contumeliam aliquid accipere 169, 5, dextram 124, 5. 68, 1. dorſum accommodare cli-

clipeum 377, 2, 2. *ad* fores
eſſe 280, 4, 2. forum 314, 4.
3. hanc rem nihil eſt 230, 2.
hoc diei tempus dormita-
ſti 282, 2, 1. hunc mo
dum periere multi 355, 5,
2. ingenium redire, 243, 3.
iudicem ire 325, 5, 1. iur-
gium tendere 69, 3. la-
crimas cogere 318, 4, 9.
languorem dare aliquem
128, 2. lucem vsque vigila-
re 55, 3. malitiam doctus
245, 5. me attinet res o-
mnis 75, 4. mendicitatem
ſe detrudere 146, 1, 3. mer-
catum mittere, venire ali-
quo 340, pr. 151, 1. meren-
dam quopiam deuertere
324, 4, 2. mortem vsque
144, 1. prandium aduenire
327, 2, 2. quæſtum ſuum
callere et faſtidire, calli-
dus eſt 384, 5 382, 2, 4. ra-
ſtros mihi res redit 133, 2.
rem attentus 181, 4. rem
conferri 75, 4. rem nihil
attingunt 341, pr. rem
pertinet 341, 2. reſtim mi-
hi res redit 221, 2. ſaxa
ferri 363, 2, 3. ſcopulum
te infert e tranquillo 221,
2. ſententiam ſuam perdu-
cere 355, 5, 2 ſepulcrum
316, 3, 4. ſiniſtram 168, 1.
terram dare, adfligere ali-
quem 309, 4, 2 360. 5, 2.
terram reuerſionem face-
re 315, 2, 3.

adaucta eſt duritia antiqua 111, 1.

adhibere plus 102, 5.

addecet 361, 5, 2.

addere diuitioribus 191, 5 animum alicui 115, 2. contumeliam iniuriæ 414, 3, 5. gradum 379, 4, 3. moleſtiſtias 45, 5. pauperi propter miſericordiam 202, 1. verbum 26, 2. 375, 2, 4.

adducere aliquem alicui, ad aliquem 128, 4. 63, 5. alicui ante oculos, coram ante oculos 69, 2. 78, 4. ad cœnam 100, 4. ad miſericordiam 135, 5. coram 38, 1. animum ad aliquid 273, 4. medicum 252, 1. ſecum 76, 3. 111, 4.

adeo duro et inexorabili ingenio eſſe 212, 1. res redit 192, 2. tu is es 310, 2, 1. non, quia *adeo* præſens, hoc dico 159, 3.

adeone rem rediiſſe, vt 135, 3.

adeſſe actutum 317, 4, 1. ad rem aliquam 203, 3. æquo animo 2, 4. 94, 4. æquo animo per ſilentium 190, 4. alicui 211, 2. alicui aduocatum 76, 5. 280, 4, 5. arbitrum 373, 1, 2. auxilio 231, 5, 2. vltro ſupplicantem 79, 4. cum ſilentio 273, pr. domi 64, 1. iam dudum 75, 4. optime 83, 4.
pro-

prope 6, 1. vna frequentem 7, 5. *adſum* præſens præſenti tibi 324, 5, 1.
adſectare viam ad aliquem animo gladiatorio 234, 2.
adferre alicui ægritudinem 111, 5. aliquid noui, opis 211, 5. 215, 1. cauſſam 123, 1. certa et clara 274, 1. epiſtolam ab aliquo 195, 3. grande gaudium 370, 2, 1. moleſtiam 253, 1. optata omnia 188, 2. nihil auxilii 155, 2. obſonium 327, 1, 4. opem 357, 2, 3. res commodas, peſſimas 272, 5. 329, 5, 2. triſtitiam 11, 1. vitam 8, 5. bona ad vxorem 48, 2.
adficere aliquem cura et ſollicitudine 209, 1. iniuria 223, 2. malo 388, 5, 10 *adfectus* audacia magna 234, 4.
adfinis earum rerum 102, 4.
adfinitatem quærere ſibi 375, 2, 4. hanc inter nos perpetuam eſſe volo 247, 5. 267, 4
adflictare ſe 45, 5.
adfligere aliquem ad terram 360, 5, 2.
adformidare, ne 319, 4, 10.
adgerere aquam 305, 1, 1.
adgraueſcit morbus 252, 4.
adgredi alia via 28, 1. aliquem aſtu 378, 4, 2. aſtute ſatis 234, 3. fallacia 407, 16, 10.
adgreſſu peſſimum 359, 4, 4.
adhibere aures 346, 1, 2. fabrum 355, 4, 2. hominem amicum 359, 4, 4. parſimoniam 320, 1, 3. ſibi metum, 332, 5, 6. teſtes 222, 2.
adhortandus mihi eſt 113, 3.
adigere ad inſaniam 144, 5.
adiicere auctarium 342, 2, 4.
adimere alicui ægritudinem 110, 4. animum 380, 4, 3. cauſſam 35, 1. curam 241, 2. metum 15, 2. moleſtiam 196, 1. ſpem 14, 1.
adipiſci iudicium 207, 3. litem 361, pr. regnum 398, 31, 11. vitam deorum 122, 4.
adire aliquem 22, 5. ad aliquem, 27, 1. magiſtratus 207, 2. periculum capitis 28, 2.
adiumento eſſe alicui 416, 5, 9.
adiungere aliquem beneficio 143, 2. imperium amicitia 143, 1. ſe ad aliquem propinquitate 288, 2, 2.
adiurare ſancte 248, 4.
adiutare aliquem 115, 3. 141, 1. alicui onera 253, 5.
adiutor 131, 3. iracundiæ alicuius 146, 2.
adiutorem eſſe alicui in re aliqua 187, 5. mihi ad hanc rem dari opus eſt 215, 1.
adiutrix induſtriæ 239, 4. ali-

Digitized by Google

licui in peccato 135, 4.
adiuuare aliquem comiter 214, 2. conſilio 135, 3 in aliqua re 23, 2. opera 216, 2. quam maxime 185, 4. fortes fortuna *adiuuat* 198, 4. *adiuturum* id deum, ſpero 21, 4.
adligare canem 404, 7, 18. ſe furti 79, 3.
admigrant infamiæ ad paupertatem 358, 3, 1.
adminiſtrare munus 178, 4.
admirari ingenium 54, 2.
admirabilis cunctis auribus cantus 408, 18, 3.
admirator alicuius maximus 413, 21, 21.
admiſcere aliquem 127, 2. ſe 135, 1.
admittere aliquem 252, 2. aliquid 76, 5. 307, 5, 4. flagitia 160, 1. noxiam 81, 5. ſcelus 134, 2. in ſe aliquid 329, 5, 1. in ſe delictum 174, 2. *admitti* ad aliquem 53, 2. 247, 1.
admoderari ſe riſu 339, 4, 2.
admodum 258, 1.
admonet occaſio 358, 2, 3. *admonuiſti* pulchre 336, 2, 6.
admordere aridos 357, 2, 3.
admouere aurem 230, 3. preces alicui 394, 19, 6.
adnatare 386, 2, 19.
adoleſcentia deferuet 146, 3. hæc fert 102, 4.
adoptare ſibi aliquem 142, 2.
adoriri aliquem 126, 1. iurgio 159, 5.
adorna ceterum 366, 4, 6.
adripere aliquem impetu celeri 416, 4, 5. aurem alicuius 415, 10, 5.
adſcendere in locum excelſum 16, 1 nauem 413, 21, 9.
adſcribere ſibi aliquid 409, 2, 6.
adſentari alicui 63, 3. omnia 54, 3. *adſentandi* gratia aliquid facere 153, 1.
adſequi aliquem 409, 1, 11. famam 405, 9, 3.
adſeruare vinctum 36, 3.
adſidere apud carbones 364, 2, 6.
adſidue ſum ibi 246, 2.
adſimulabo me ſeuerum creditorem 194, 5, me ab dextra venire 31, 1 quaſi aliquam culpam in ſe admiſerint 369, 1, 2.
adſiſte propter hunc 147, 4.
adſpectare aliquem 66, 3.
adſpernari aliquem illiberaliter 205, 5.
adſpicere aliquem 254, 3. oculis ſuis 333, 5, 7. oculis limis 340, 4, 6.
adſtare prope 313, 5, 2.
adſtringere alicui fidem ſuam 47, 2. manus 298, 3, 5. ſe 47, 2. ſe furti 354, 3, 2.
adſueuit lupus ſemper rapere 393, 16, 5.

aduehi vna cum aliquo 256, 5.
aduenire aliquo 53, 3 alicui in ipſo tempore 42, 1. continuo 322, 3, 1 deriſum 82, 1. numero 327, 2, 2. opportune 100, 3. 349, 2, 3. optato 21, 5. per tempus 32, 2. ſaluum atque validum 87, 3. 257, 5. ſuppetias alicui 333, 5, 7.
aduentum gratulari 54, 5. alicuius gratulari alicui 371, 4, 1. alicuius perconcatum ire 242, 2.
aduerſari alicui 248, 5.
aduerſarium eſſe alicui in re aliqua 136, 5.
aduerſum pro *erga* vel *ad* 4, 2. 12, 4.
aduerſum edictum aliquid facere 119, 1. *aduerſum* ire alicui 141, 5. venire 327, 2, 3. 333, 5, 8.
aduerſus nemini 6, 3. obtigit mihi hic dies 331, 5, 5. *aduerſum eſſe* alicui 245, 4. rebus alicuius 123, 1. *aduerſo* tempore 341, pr. *aduerſa* vti tempeſtate 256, 3.
aduerſus ingenium meum 213, 1.
aduertere animum 2, 1. 59, 4. 120, 3. 325, pr. ſeſe aliquo 57, 2.
aduigilare 198, 4.
aduocare concionem 392, 14, 13.
aduocatus mihi eſt 365, 3, 6. tibi adſum 280, 4, 5. tibi venio 174, 1. triſtis 338, 3, 1.
aduolare ad aurem 345, 5, 2. ad aures 363, 2, 3. cupide 408, 16, 17. ſubito 392, 14, 13.
ædes nitent 346, 1, 2. vix capiunt hos 104, 5. venibunt 333, 5, 9. vltimæ 132, 1. *ædes* expugnare 77, 4. fundare 405, 9, 2. occludere 308, 3. venales inſcribere litteris 374, 1, 2.
ædiliciæ edictiones 299, 4, 2.
æger eſt 248, 1. ab animo 310, 1, 2.
ægre cauere ab aliquo 282, 1, 1. eſt mihi 196, 2. 246, 4. facere alicui 69, 3. ferre 6, 1. 8, 3. 130, 3. 244, 2. 259, 5. pati 134, 2. 146, 1. recipere 410, 5, 4.
ægrimonia a me abſceſſit 366, 4, 4.
ægritudo auctior mihi eſt in animo 299, 4, 2 augeſcit 110, 4. intercedit gaudio 40, 5. mihi abs te oritur 246, 3. recens 155, 5. *ægritudinem* adferre 121, 5. adimere 110, 4. *ægritudine* præpediri in re aliqua 113, 5. *ægritudinum* remedium 115, 2.
ægrotaui numquam vnum diem 332, 5, 5.

ægrotus animus 97, 2.
æmulari diligentiam alicuius 1, 3. non licet 338, 3, 2.
æquare ſuam dignitatem alicui 411, 15. 13.
æqua omnibus libertas eſt 148, 3. *æquam* partem curare 145, 4.
æque commode 112, 2. lubens 215, 5. miſer 250, 3. ſtudent noluntque omnia 245, 4. ſtudium eſt, 245, 4
æquum eſt, excedere medio 265, 2. ferre incommoda 273, 5. me decipi 232, 5. rerum ordinem noſſe 375, 2, 4. *æqui* aliquid dicere 148, 4. *æquum* iudicare 187, 3. poſtulare 38, 1. 372, 5, 4.
æquo animo adeſſe 190, 3. ferre 17, 5. ferre ſumtus 266, 1. pati 397, 27, 12.
æqua dicere de aliquo 258, 5
æquis legibus florere 386, 2, 1.
ære ſuo emere 212, 4.
æſtu calefacere 313, 5, 2.
ætas alienior 144, 5. odioſa adoleſcentulis 265, 2. ad hæc vtenda magis idonea 98, 3. prohibet 6, 1. omnis non conuenit ludo 314, 1, 2. *ætatis* longinquitas 264, 1. ſpatium decurſum 368, 1, 2. tempus tulit 264, 1. *ætatem agere* cum pietate et cum fide 361, pr. muſice 323, 3; 2. quiete 247, 2. vbiuis gentium 250, 1. *ætatem* conterere in quærendo 182, 5, exigere 182, 5. ſuam Neptuno credere 363, 2, 6. vni cubili committere 384, 4, 4. reſpicere 208, 2. *ætate* ea ſum 269, 2. exacta 182, 5. illa 319, 4, 10. ſapere 325, 5, 2.
ætatulam agere in munditiis 347, 1, 2.
æuum ſollicitum ducere 398, 31, 7. exigere in tenebris 412, 19, 10.
agaſo 344, 5, 2.
agedum 251, 4.
agere actum 151, 1. 207, 4. ætatem 247, 2. ætatem vbiuis gentium 250, 1. aliquid cum aliquo 78, 4. 126, 2. ambages multas 351, 5, 1. cauſſam alicuius 228, 4. cito et curſim 353, 3, 1. clamculum inter ſe 112, 3. comœdiam 140, 3. cum ciuibus 351, 4, 7. cuniculos 412, 19, 2. de aliqua re 18, 5. 67, 1. 117, 3. eunuchum 43, 1. gratias alicui 59, 3. heautontimorumenon 93, 4. hecyram 239, 4. in occulto 377, 3, 2. inter ſe 230, 5. 244, 4. laudes grateſque deo 335, 2, 3. male cum aliquo 234, 3. 282, 1, 3. negotium 357, 1, 3.

Digitized by Google

3. nugas 281, 1, 1. palam 367, 5, 3. partes primas 190, 3. prædam 291, 4, 2. precario 383, 4, 1. rem actam 347, 1, 3. rem ſeriam 64, 3. rem ſuam 353, 3, 3. ſe aliquo 28, 4. ſedulo 25, 4. vi cum aliquo 365, 3, 4. vitam 7, 4. 142, 2. vitam in otio 182, 4.
aggerare quadrantes patrimonio 412, 19, 23.
agitare aliquem 205, 2. conuiuium 286, 5, 1. cuſtodiam 365, 3, 6. natalem amœnum 360, 5, 1. nauem 318, 4, 6. ſat rerum ſuarum 317, 4, 3. ſecum aliquid ſedulo 218, 3. virgis 335, 2, 2. *agitat* illum crux mala 317, 4, 2. me metus 309, 4, 2.
agnum te faciam 383, 2, 7.
agoranomus 299, 4, 2.
agrum colere 205, 4. mercari 98, 5. pignori opponere ob aliquid 220, 1.
ah, ah 6, 1. me miſerum 156, 5.
alacrior videris 74, 5.
alapam ducere ſibi 413, 3, 2.
alba barba 319, 5, 1. *albis* dentibus aliquem irridere 312, 3, 3.
alere aliquem 204, 4. 125, 5. aliquid monſtri 12, 4.
ales nulla prior eſt 391, 13, 8.
alga viridis 415, 2, 8.
alicunde corradere 151, 3. ſumere 202, 5. labor obiectus eſt mihi 250, 2.
alienare aliquem 135, 2.
aliena oratio 337, 3, 1. *alienior* ætas 144, 5. *alienum* ab ſe hunc videt 245, 1. a me nihil humani puto 96, 2. eſſe 145, 5. cibum edere 293, 1, 1. 356, 1, 2. fundum arare 286, 5, 2. pectus 379, 1, 2. eſſe ab aliquo 156, 4. eſſe alicui 214, 4. *alieno* animo eſſe ab aliquo 157, 2. more viuere 6, 2. *aliena* melius videre, quam ſua 113, 4.
aliorſum accipere 46, 3.
aliquantulum pecuniæ 219, 5. ſubtriſtis 20, 1.
aliquantum tibi parce 99, 4.
aliqui 286, pr.
aliquid mali propter vicinum malum 345, 4, 4.
aliter auctores ſumus 369, 1, 2. cenſere 185, 4. fieri non poteſt 186, 1.
alium neminem habeo 72, 3.
aliud eſſe credo, atque aliud nuntias 274, 2. ex alio incidit 117, 3. mihi reſpondes ac rogo 221, 2.
allicere aliquem ad ſe 353, 3, 3.
alligare canem 404, 7, 18. ſe furti 79, 3.
alter hoc nemo doctior dici poteſt 324, 5, 1.

alterum nullum ſceleſtiorem ſol illuxit 315, 2, 3.
aluus capax 406, 5, 10.
amare inter ſe 181, 3. medullitus 310, 1, 3. pro ſuo 142, 2. verum 320, 1, 3.
amare facere corde 381, 1, 2.
ambages agere 351, 3, 1. narrare 10?, 1.
ambigere de finibus 113, 4.
ambitio more ſancta eſt 379, 4, 3.
ambulare in ius 233, 2. 303, 5, 2. 360, 4, 9. *ambulat* terræ odium 318, 4, 7. veſtitus et exornatus 306, 4, 1. *ambulando* rumpere aliquem 256, 5. *ambulatum* abiit 335, 2, 2.
amburit omne, quaqua tangit 313, 5, 2.
amicitia erga te ſatis eſt ſpectata 34, 2. *amicitiam* alicuius expetere 91, 4. 208, 2. habere cum aliquo 355, 5, 4.
amicus amico 215, 4. conſiliarius magis, quam auxiliarius 381, 2, 1. dictus eſt atque habitus 33, 3. firmus 371, 4, 1. opportunus 312, 3, 3. optimus quam veterrimus 381, 1, 2. *amicum* eſſe alicui 217, 4. 306, 3, 4. 369, 1, 2. habere neminem 49, 2. inuenire ſibi 223, 2. parare 49, 2. recipere 376, 3, 1.
amicorum ſunt communia inter ſe omnia 180, 3.
amicos parare, parere 6, 4.
amittere aliquem e conſpectu 55, 4. conſilium cum re 53, 5. dignitatem 394, 21, 1. fidem 390, 10, 2. *amittere* a ſe 222, 2. incertum aliquem 247, 5.
amolimini hæc 321, 2, 1. vos hinc 29, 4.
amor filii me grauiter tenet 255, 4. *amoris* æqua pars vtinam mihi tecum eſſet 46, 5.
amouere crapulam 351, 5, 1. dolorem ex animo 14, 2. metum 8, 3. opinionem a ſe 22, 2. ſegnitiem 283, 2, 1. teſtem a ſe 266, 3. *amoue* te hinc 215, 5.
amplectimur tibi genua 362, 1, 5.
amplior factus eſt morbus 252, 2. *ampliores* factæ ſunt hæ iræ 250, 2.
amplius deliberare 209, 5. inuitare 100, 5.
anceps ſecuris 330, 5, 2.
angere animum 196, 2. ſe animi 311, 3, 1.
angiportum 81, 3. 167, 5.
anhelitum ducere 183, 2, 2. recipere 311, 2, 2.
animaduertendum facinus 32, 1.
animam comprimere 230, 3. debet 220, 1. alicuius exſor-

ſorbere 318, 4, 8. exſtinguere alicui 156, 1. omittere 277, 1, 1.
animus ægrotus 97, 2. æquus 363, 2, 3. eius alienus a me eſt 267, 2. attentus 14, 1. bonus 348, 1, 5. commotus metu 39, 5. communis aut lenis 133, 1. conſcius 322, 3, 1. deſtituit te 415, 10, 8. difſluit luxuria 133, 3. eſt 377, 3, 2. eſt abire, potare 405, 7, 25. 407, 16, 13. eſt in patinis 79, 5. eſt in tuto 350, 4, 5. expetit audire 308, 2, 3. me fallit 118, 4. 121, 1. timore obſtupuit 170, 3. pendet tibi 150, 5. perturbatus et mæſtus 98, 1. præſagit aliquid mali 103, 5. rediit 342, 3, 1. redit mihi iſtoc verbo 253, 1. remigrat mihi 313, 4, 1. dolore et miſeria tabeſcit 169, 4. te vicit 374, 2, 2. vt *animus* meus eſt, eloquar 377, 3, 2.
animi angere ſe 311, 3, 1. vix compos 155, 4. excruciare aliquem 197, 5. impos 306, 3, 5. incertus 243, 5. non inſtrenui ſignum 98, 1. pendere 124, 4. 341, 1. perditi homo 327, 2, 1. quid illi fuiſſe credis 89, 3.
animo male eſt 173, 1. meo libet 11, 5. nouum hoc eſt 200, 5. ſuo obſequi 280, 3, 4.
animum abiicere de aliquo 134, 1. addere alicui 115, 2. adducere ad malas partes 273, 4. adimere alicui 380, 4, 3. aduertere 2, 1. angere 196, 2. appellere ad ſcribendum 1, 1. applicare ad partem deteriorem 9, 1. attendere 230, 3. alio conferre 109, 4. credere alicui 11, 1. demutare de firma fide 380, 4, 4. alicui explere 269, 5. 271, 2. explere gaudio 15, 3. fleƈtere 264, 4. gerere infirmum 251, 2. habeat ita, vtcumque res ſit 317, 4, 4. bonum habere 278, 1, 3. curis deditum habere 250, 3. quietum habere 305, 2, 6. inducere 24, 1. inducere ad aliquem 266, 2. inſtituere ad cogitandum 200, 4. mutare 225, 4. alicuius noſſe 150, 4. occupare in funambulo 238, 4. percutere 5, 4. perſpicere 17, 4. recipere 156, 3. addere 14, 5. releuare alicui 169, 4. retundere 133, 2. diuerſe trahere 13, 1. vincere 336, 2. 6. 374, 2, 2.
anime mi 28, 5. 108, 5.
animo æquo adeſſe 2, 4. 94, 4. 190, 3. æquo ferre 17, 5. 39.

Digitized by Google

5. 39, 1. 177, 2. 195, 2. 236, 4, æquo pati 397, 21, 12. alieno eſſe ab aliquo 157, 2. benigno in aliquem 158, 4. bono 46, 4. 118, 5. 234, 2. 153, 4. 308, 1, 1. virtutem capere 376, 3, 2 duro eſſe 120, 4. gladiatorio 234, 2. iniquo pati 51, 3 iracundo ferre 262, 4. ſuo iudicare 184, 3. leni natum eſſe 248, 5. meo 366, 4, 5. omiſſo eſſe 134, 3. otioſo 35, 3. peruerſo 37, 2. peruicaci 261, 3. præſenti dicere 77, 2. victo et leni eſſe 111, 2. virili præſentique 234, 1.
animi ſublati ſunt 260, 2. *animos* corrumpere 247, 4. lactare ſollicitando 38, 5. ſuſtulit 383, 2, 8.
annos natus ſedecim 64, 5. ſexaginta 95, 5. haud ſum natus præter quinquaginta 337, 3, 1. *annis* debilis 409, 1, 10. plus triginta natus 387, 3, 1.
annona cara eſt 31, 3.
annulus paternus 377, 3, 3. *annulum* de digito detrahere 120, 3. *annulos* dare 65, 4.
ante ædes 148, 2. 379, 4, 2. hos noui, quam 414, 9, 4. ianuam apponere aliquid 30, 3. oculos adducere aliquem alicui 69, 2. oſtium ſtare 20, 5. 274, 4. pectus ſuſpendere 411, 9, 3. pedes 159, 2. tempus exire 239, 4, 5. ſolis occaſum 387, 2, 3.
anteire aliquem ſapientia 200, 5. longe ſtultitia 319, 5, 1.
anteuertere alicui 75, 2.
antidotum venditare 392, 14, 3.
antiquum obtinere 33, 4. 323, 3, 2.
anus decrepita 186, 2.
Apelles atque Zeuſis pingent me, 313, 5, 1.
aper inſidioſus 399, 4, 9.
aperire fores 53, 2. 319, 5, 1. argumentum 141, 2. ſe 26, 5. *aperta* ſunt, quæ fuere operta 296, 3, 3.
apertare brachium 331, 5, 5.
aperte dicere 80, 2. tibi fabulor 219, 5. dolis fallere 22, 2. narrare, vt res ſe habet 123, 1.
Apollinis cithara 407, 16, 12. reſponſum 29, 2.
apparare cœnam 98, 2. de die conuiuium 187, 5. re præſidium 364, 3, 3.
appellare aliquem patrem 268, 2. nomine 223, 5. 335, 2, 5. quo ore *appellabo* patrem 123, 1.
appellere animum ad ſcribendum 1, 1. haud auſpicato me huc *appuli* 33, 2.
appli-

Digitized by Google

applicare animum ad partem deteriorem 9, 1. ſe ad aliquem 39, 2. ſe ad ſtudium aliquod 94, 2.
apponere ante ianuam 30, 3. menſam 360, 5, 1. pernam frigidam 357, 1, 3.
apportare aliquid mali 3, 2. noui 182, 2. comœdiam nouam 190, 2. damnum 125, 3. Plautum lingua 325, pr.
apposcere 129, 4.
apprehendere aliquem pone pallio 230, 2.
apprime nobilis 86, 2. obſequens 247, 4. vtile 4, 5.
apros duos in vno ſaltu capere 306, 2, 8.
aptare manubrium ſecuri 416, 5, 6.
apud aliquem eſſe, manere 99, 4. 68, 4. carbones adſidere 364, 2, 6. eum habitat 124, 5. forum 146, 3. 230, 1. hunc mihi fides eſt 116, 4. me domi eſt 75, 5. 111, 1. me non ſum præ iracundia 132, 5. 198, 4. me vix ſum 39, 5. me præmium pietati poſitum eſt 263, 4. me ſis velo 99, 4. menſam 376, 2, 4. nos eſt 100, 4. ſeſe eſſe 266, 5. te ingenio meo fides erit 258, 4. te potat 180, 2. 228, 4. villam eſt 164, 5.
aqua aquæ non eſt ſimilior vſquam 333, 5, 9. intercus eum tenet 331, 5, 4.
aquam adgerere 305, 1, 1. dare manibus 360, 5, 1. turbulentam facere 385, 1, 5. a pumice poſtulare 356, 1, 1. profundere 289, 2, 4. *aqua* ignem reſtinguere 306, 4, 1.
aquilæ ſenectus 114, 3.
aram ſibi parare 135, 2.
aranea tollere 402, 8, 23.
aranearum operæ 284, 2, 4.
arare fundum alienum 286, 5, 2.
arbitrari commodum famæ ſuæ 263, 4. neutiquam honeſtum 255, 4. quod res eſt 87, 4. verum 244, 1.
arbitratu meo 381, 2, 1. 291, 4, 4.
arbitrium fatorum 408, 18, 10.
arbitrum adeſſe alicui 373, 1, 2. capere 113, 4.
arceſſere aliquem 23, 3. 24, 3. 28, 4. 47, 2. 154, 4. 184, 2. ad ſe 64, 2. 329, 5, 2. domum 185, 1. huc 69, 3. lauatum 67, 4.
arcus retenſus 407, 14, 5. *arcum* laxare, rumpere, tenſum habere 407, 15, 10. 11.
ardere deſiderio 45, 4. iracundia 155, 4. ſiti 408, 16, 15. *ardens* lampas 330, 5, 2.
ardeſcit caput 360, 5, 2.

aream

aream concinnare 282, 1, 3.
argentaria cura 231, 2.
argentum præſentarium 321, 2, 1. *argentum* accipere 149, 1. auferre 212, 5. capere 129, 2. condonare alicui 233, 4. credere 358, 3, 3. cudere 125, 2. dare 145, 1, 148, 5. dare fenori 323, 3, 1. deferre 129, 3. deferre ad aliquem 1 8, 5. efferre 128, 1. eripere 124, 1. inuenire 114, 1. reddere 149, 3. repetere 221, 3. ſumere ab aliquo 188, 2. ſumere fenori, fenore 3 5, 5, 2. 310, 1, 2 vltro obiicere 225, 3. *argento* aliquem circumuertere 348, 1, 5. emungere 221, 1.
arguere aliquem furti crimine 390, 10, 4.
argumentum græciſſat 326, pr. *argumentum* accipere 325, pr. exſpectare 141, 2. narrare 1, 2.
Argus ſi hunc ſeruet, numquam ſeruet 290, 3, 6.
aridos admordere 357, 2, 3.
arietare ædes 382, 2, 2.
arietem Phryxi te faciam 315, 2, 3.
arma belli 97, 5. *armis* pulchris præditus 276, 1, 1.
armiger 344, 5, 2.
arridere alicui 54, 2. 182, 4.
arripere aliquem medium 156, 1.
arte accubare 371, 4, 2.
artem diſcere 362, 2, 1. poeticam tractare 189, 5. *artium* primarum frater 152, 3. *artes* omnes paupertas perdocet 369, 1, 3.
aſellus 393, 15, 4.
aſinus 34, 1, 2.
aſſulatim dedolare viſcera 331, 5, 2. foribus adferre exitium 299, 4, 2.
aſtu adgredi 378, 4, 2. prouidere aliquid 10, 1. 197, 4. rem tractare 85, 1.
aſtute labefactare 64, 2. adgredi aliquem 234, 3.
aſtutia mihi opus eſt 30, 3. *aſtutiam* inſtituere 312, 3, 2. machinari 296, 3, 3. atrocem reperire 297, 3, 4.
aſtutus 131, 3. *aſtutam* fallaciam facere 307, 5, 1.
at, at 5, 4. 52, 3. 74, 4. 76, 3. 234, 2. *at, at, at* 257, 3. *at* enim 75, 2.
atauus 356, 1, 2.
at letice valere 315, 2, 3.
atra bilis agitat hominem 297, 3, 4. pix agitet te 297, 3, 4 *atra* bili percitus 279, 2, 2.
atrox aſtutia 297, 3, 4.
attendere animum 230, 3.
attente officiis fungi 95, 5.
attentus nimium ad rem 187, 1. *attentior* ad rem 181, 4.
atteſtari aliquid 390, 10, 3.
atticiſſat 326, pr.

at-

attinet ad me 8,5. 145, 4. ad te hæc res omnis 75, 4.
attingere aliquem digito 75, 3. cibum 388, 4, 7.
attribuere 411, 19, 11.
auare pretium arti ſtatuere 94, 5. 240, 2.
auaritiæ inſimulare aliquem 205, 2.
auctarium adiicere 348, 2, 4
auctionem facere 333, 5, 9. 370, 2, 1.
auctorem eſſe alicui 186, 2. 371, 4, 2. *auctore* te 89, 2. *auctores* fuerunt vno ore 218, 5. *auctores* habere 2, 3.
auctoritas tua auctoritati meæ fautrix et adiutrix eſt 240, 2. *auctoritatem* defugere 59, 1.
aucupat ſermonem noſtrum 322, 2, 2.
audacia iocularis 195, 1. impudens 403, 5, 9. nulla huic eſt in pectore 321, 2, 1. *audaciam* habet 334, 2, 2. *audacia* magna adfectus eſt 234, 4.
audacter lædere 189, 5. loqui alicui 375, 2, 2. monere 95, 4. tollere 398, 1, 11. *audacißime* quiduis oneris imponere 215, 3.
audere facinus 86, 4. nihil iam mutire *audeo* 22, 1. qua fiducia id facere *audeam* 25, 4.
audire a principio 4, 3. 32, 3. clamorem 251, 4. ex aliquo 22, 5. 47, 5. 128, 4. 216, 3. male 205, 3. plus millies 60, 4. tace ſis: citius *audies* 67, 1.
auehere aliquem ſecum 173, 1.
auellere aliquem ab aliquo 23, 4. 64, 4. 262, 1.
auferre domo 71, 3. argentum 211, 5. caput incolume 389, 8, 11. litem 361, pr. impetratum aliquid ab aliquo 292, 4, 7. lumbifragium 278, 1, 1. pollicitationes 230, 1. ridicularia 373, 1, 2. ſe domum 284, 2, 4. ſenſum communem alicui 389, 7, 5. *aufer* te hinc 215, 3. friuolam inſolentiam 404, 6, 8.
aufugere 331, 5, 3.
augere familiam 366, 4, 6. induſtriam 141, 3. ſuſpicionem 61, 2.
augeſcit ægritudo 110, 4.
auidus cibi 85, 3. *auidum* patrem habere 114, 4. *auidi* dentes 410, 5, 9. *auidior* ad rem eſt 48, 3.
aurem admouere 230, 3. *aures* adhibere 346, 1, 2. arrigere 39, 5. opplere vaniloquentia 365, 4, 1. ſurdas alicui reddere 107, 4. tangere 362, 1, 4. tundere 352, 1, 3. ne tu *aures*

tuas

tuas immittas, quod iſtic fabuletur 297, 3, 4. *auribus* accipere 254, 2. benignis accipere 325, pr. lupum tenere 17, 3.
auriculas prehendere 352, 1, 2.
auritus teſtis 382, 2, 6. *aurita* plagæ 337, 3, 1. *auritulus* 340, 11, 6.
aurum in fortuna inuenitur, 352, 1, 2. *aurum* ſuppilare 329, 5, 1. *auro* tondere aliquem vſque ad viuam cutem 315, 2, 3. emungi 319, 5, 1.
auſcultare alicui 185, 1. 186, 1. pauca 23, 1. paucis 180, 4.
auſpicato me huc appuli 33, 2.
auſpicio optimo foras exire 371, 3, 2.
autumare res omnes 329, 5, 2.
auxiliari tibi nihil poſſunt 153, 2.
auxiliarius amicus 381, 2, 1.
auxilium ad rem emortuum eſt 310, 1, 2. *auxilii* copiam non habere 14, 3. nihil mihi in te eſt 346, 1, 1. *auxilio* alicui adeſſe 281, 5, 2. eſſe filiis 135, 4. *auxilium* expetere 14, 3. ferre alicui 146, 5. 411, 18, 1. precibus alicuius ferre 409, 3, 7. vitae ferre 6, 3. petere ſibi 223, 2. 409, 3, 4. requirere 398, 31, 2.

B.

Baiulare, 342, 3, 1.
balare 319, 5, 2.
barba alba 319, 5, 1.
bardi ſunt 319, 5, 1. *bardum* ſe facere 312, 3, 3.
baſilicus ſtatus 348, 1, 5. *baſilicum* 311, 2, 2.
bdellium 301, 1, 2.
bellator cantharo 316, 1, 3.
bellerophontem aliquem facere 318, 4, 7.
belliſſimum carpere, 168, 5.
bellum gerere cum aliquo 368, 1, 2.
bene conſultum 337, 3, 1. et ſapienter dicere 187, 1. facere aliquid alicui 186, 5. faciam tibi ob eam rem 184, 3. factum 90, 5. fit bonis 365, 4, 3. habent tibi principia 208, 4. monere 17, 1. 336, 2, 6. mereri 309, 4, 2. moratum eſſe 359, 4, 4. procedit 184, 4. promittit multa 352, 1, 2. prouentura mihi hæc res eſt 359, 4, 1. putas 79, 4. ſucceſſit hoc 153, 4. tangere 351, 4, 8. valere 99, 4. velle alicui ex animo 134, 2. vertat deus 59, 2. victitare 92, 3. vixit 258, 1.
bene vult, nequam verbum 375, 2, 4.
benefacta maiorum exaugere 370, 2, 1.

bene-

Digitized by Google

beneficio adiungere aliquem 143, 2. inimicum inuenire 379, 4, 3.
beneficium accipere ab aliquo 152, 1. facere alicui 376, 3, 2 fenerari 211, 5. re comprobare, verbis inire 34, 3. imputare alicui 395, 18, 8. ſolidum ſibi parere 82, 3. ſumere, reddere 360, 5, 1. ſummum reddere pro maleficio 204, 4.
beneficum eſſe oratione 310, 1, 2.
beneuolens alicui 193, 5.
benigne facere 183. 2. præbere, quod opus eſt 270, 4.
benignitas bene merenti ne malo ſit 309, 4, 2.
benigno animo in aliquem eſſe 11, 1. 258, 4.
bibere aquam 394, 10, 5. dare alicui 21, 3. meliuſcule, quam ſatis eſt 324, 4, 2. *bibitur* 320, 1, 3. *bibi* numquam deſitum eſt 324, 4, 2.
bidens 393, 17, 8.
bidui ſollicitudo eſt 20. 1. *biduum* hic manendum eſt 70, 1.
bilem mouere 316, 3, 6. *bilis* atra agitat hominem 297, 3, 4.
bilinguis 400, 4, 25.
bipennis 416, 5, 2.
bis peccat 389, 8, 2. mori videor 395, 21, 12. ſtulte facere 253, 1. tanto amici ſunt inter ſe, quam prius 286, 3, 2.
blanda verba 348, 1, 5.
blande compellare aliquem 353, 3, 9. dicere 183, 2.
blanditiis emungere aliquem 241, 3.
blaterando obtundere aliquem 131, 4.
blatire nugas 278, 2, 1.
blenni ſunt 319, 5, 1.
boat cælum 276, 1, 1.
bolum e faucibus eripere 121, 3.
bona fide dicere 350, 4, 6. voce eſt 322, 3, 1. *venia* petere 206, 2.
bonus vir eſt 219, 1. *bono* animo eſt 46, 4. ingenio ornatus 352, 1, 2. cum iure 322, 3, 1.
bonus vir, (ironice) 81, 4. 162, 5. 169, 4, 5. adoleſcens 176, 4.
bonum publicum 196, 3, 2. ſummum 30, 1. *boni* aliquid accidit 18, 1. aliquid euenit tibi 333, 5, 9. aliquid facere alicui 126, 3. quid porto 15, 2.
bona, mala 215, 2. ad me redeunt morte eius 31, 5. multa tibi inſtant a me ob iſtam rem 359, 4, 3 *bona* dare alicui 138, 5. inhiare 338, 3, 1. perdere 134, 3.

ſeruare 91, 3. patria abligurire 54, 4.
bol li e condere 401, 8, 4.
brachium apertare 331, 5, 5.
breuiſſima in verba conferam 325, pr.
bubulcus 401, 8, 11.
bubulis monumentis aliquem commonefacere 368, 1, 2.
buccas inflare 372, 5, 6.
buccones ſunt 319, 5, 1.

C.

Cadaueroſa facies 257, 1.
cadum vini veteris propinare alicui 371, 3, 1. *cado* vini veteris donare aliquem 351, 1, 2.
cadunt in caſſum omnia 352, 1, 2. ipſi lacrimæ gaudio 165, 5. mihi dentes 333, 5, 9.
cæca mens 412, 19, 17.
cædere aliquem ex occulto 78, 3. quaſi incudem 276, 1, 1. ligna 370, 2, 2. ſermones 104, 2. robora 416, 5, 6. ſtimulos pugnis 383, 4, 2. verberibus 9, 2.
cælum boat 276, 1, 1. quid ſi ruat 124, 1. *cælum* fatigare 412, 19, 24.
ceſicium linteolum 311, 2, 2.
cæſius 139, 3. 257, 1.
calamitas fundi noſtri eſt 46, 2. incidit fortunæ noſtræ 109, 5. interuenit 238, 4.
calator 344, 5, 2.
calcare aduerſum ſtimulum 193, 3.
calceare pedes 392, 14, 16.
calefacere æſtu 313, 5, 2.
calidum conſilium 335, 2, 2.
callent coſtæ plagis 346, 1, 2.
callere 115, 3. ad quæſtum ſuum 384, 5. pulchre ſenſum alicuius 165, 4.
callide et facete hanc rem exorſus ſum 358, 4, 2.
callidus ad quæſtum ſuum 382, 2, 4. *callidior* oratio 199, 5.
calcula vel, vt alii legunt, *calthula*, 311, 2, 2.
calumniator 393, 17, 2.
candide veſtitus 306, 4, 1.
candido capite 325, 5, 2.
canere cantilenam eamdem 212, 1. laudem victoris 413, 21, 5.
canis acer 404, 7, 18.
cano capite eſſe 319, 5, 1.
cantare alicui mores iuuenum 105, 1.
cantharum alicui dare 360, 5, 2. propinare 372, 5, 4.
cantherino ritu ſomniat 327, 2, 3.
cantio deeſt luſciniolæ 314, 1, 1.
cantitare cum aliquo 177, 5.
capere apros 306, 2, 8. arbitrum aliquem 113, 4. argentum 129, 2. commodum ex rure 87, 3. 67, 1. coniecturam ex ipſa re 105,

Digitized by Google

105,2. conſilium 22,3. dolorem ex aliqua re 30,1. exemplum de aliquo 27,5. fructum ex re aliqua 61,3. fuſtem aut ſtimulum 286,1,1. geſtum nouum, vultum nouum 231,3. ſibi incommoda multa in aliqua re 133,2. inimicitias graues in aliquem ob aliquem 205,5. ſibi omnes homines inimicos 29,1. laborem 253,1. laudem 85,1. magiſtrum improbum ad aliquam rem 9,1. miſeriam 183,2. multum ægri ex abitu, multum voluptatis ex aduentu alicuius 279,2,2. nauem 334,2,1. piſces 363,2,1. rationem 134,4. ſomnum 338,3,1. tempus conueniendi patris 228,1. animo virtutem 376,3,2. voluptates 279,3,2. vix tota auctione *capiet* quinquageſies 333,5,9. *cepit* me deſiderium huius rei 242,4. odium tui 246,3. ſatietas hominum 60,1.

capeſſere curſum 298,4,1. ſpem, opem, conſilium 362,1,3.

capillo aliquem de curru deripere 331,5,2.

capital fecit 326,1,1.

capitalis inimicus mihi eſt 355,4,2. *capitali* periculo per maria maxima vehi 379,4,3. *capitalia* flagitia 176,4.

capitulum lepidiſſimum 65,1.

captare aliquid conſilii cum aliquo 3,4. cibum e mari 363,2,1.

captioni mihi eſt 323,3,3. *captiones* metuere 285,4,1.

